Sed non manifeſta definitio, niſi cùm ipſa cauſa ſit: vtputa, quid eclipſis? priuatio luminis. Si verò addatur, à terra in medio interpoſita: hæc eſt cum ipſa cauſa definitio. De ſomno verò non eſt manifeſtum quid eſt primum, quod patitur: ſed nunquid animal? ita. Attamen hoc ſecundùm aliquid: & quid primum, cor, an aliquid aliud? deinde, à quo? deinde, quæ paſſio, quæ illius, & non totius? quia talis immobilitas? ita, ſed hæc, eo quòd aliquid patiatur ipſum primum.

A ἀλλὰ ἄδηλος, ἐὰν μὴ μετὰ τῆς αἰτίας ὁ λόγος ᾖ. οἷον τί ἔκλειψις; στέρησις φωτός. ἐὰν δὲ προστεθῇ τὸ ὑπὸ γῆς ἐν μέσῳ γιγνομένης, ὁ σὺν τῷ αἰτίῳ λόγος οὗτος. ὕπνου δ' ἄδηλον τί τὸ πρῶτον πάσχον. ἀλλ' ὅτι τὸ ζῷον; ναί, ἀλλὰ τοῦτο* κατά τι. καὶ τί πρῶτον; καρδία, ἢ ἄλλο τι; εἶτα ὑπό τινος. εἶτα τί τὸ (γρ. καὶ τί ἢ) B πάθος τὸ ἐκείνου, καὶ μὴ τοῦ ὅλου; ὅτι ἀκινησία τοιαδί; ναί. ἀλλ' αὕτη τῷ τί πάσχειν τὸ πρῶτον.

## CAPVT V.

*Ea ſola fieri è materia quæ per ſe generantur & intereunt, vt compoſita, materiam in potentia eſſe ad formas oppoſitas, inclinare tamen magis ad nobiliorem.*

CVm autem quædam abſque generatione & corruptione ſint, & non ſint, vtputa puncta, ſi ſint quidem, & omnino ſpecies, & formæ (non enim albedo fit, ſed lignum album, ſi ex aliquo & aliquid fit omne quod fit,) profectò non omnia contraria fiunt viciſſim: ſed aliter albus homo ex nigro homine, & albedo ex nigredine: nec omnium materia eſt, ſed quorumcumque generatio, & tranſmutatio inuicem ſunt: quæcumque verò abſque eo, quod tranſmutentur, ſunt, aut non, horum materia non eſt. Habet autem dubitationem, quonam modo ad contraria cuiuſque materia ſe habeat, vtputa, ſi corpus potentiâ ſanum, contrarium verò ſanitati infirmitas, vtrùm ambo potentia? & aqua, potentia vinum, & acetum? an huius quidem ſecundùm habitum, & ſecundùm ſpeciem, materia eſt; illius verò ſecundùm corruptionem & priuationem præter naturam? At quædam dubitatio eſt, cur vinum non ſit materia aceti, neque potentia acetum, tametſi fiat ex eo acetum: & viuens potentia mortuus, an non, ſed ſecundùm accidens, corruptiones. Ipſa verò animalis materia, ſecundùm corruptionem mortui potentia & materia, aqua quoque aceti eſt: fiunt etenim ex illis, quemadmodum ex die nox. Et quæcumque ita inuicem tranſmutantur, ad materiam oportet redire, vtputa ſi ex mortuo animal, primùm ad materiam, deinde animal: & acetum, ad aquam, deinde, vinum.

## ΚΕΦΑΛ. ε΄.

Ὅτι οὐ πάντα τἀναντία γίγνεται ἐξ ἀλλήλων. καὶ ἑξῆς ἀπορίαι τινές.

C ΕΠΕΙ δ' ἔνια ἄνευ γενέσεως καὶ φθορᾶς ἐστι, καὶ οὐκ ἔστιν, οἷον αἱ στιγμαί, εἴπερ εἰσί, καὶ ὅλως τὰ εἴδη καὶ αἱ μορφαί· οὐ γὰρ τὸ λευκὸν γίγνεται, ἀλλὰ τὸ ξύλον λευκόν, εἰ ἔκ τινος, καὶ τὶ πᾶν τὸ γιγνόμενον γίγνεται)· οὐ πάντα ἂν τἀναντία* γίγνοιτο, ἀλλ' ἐξ ἀλλήλων, ἀλλ' ἑτέρως λευκὸς ἄνθρωπος ἐκ μέλανος ἀνθρώπου, καὶ λευκὸν ἐκ μέλανος· οὐδὲ παντὸς ὕλη ἐστίν, ἀλλ' ὅσων γένεσίς ἐστι, καὶ μεταβολὴ εἰς ἄλληλα. ὅσα δ' ἄνευ τοῦ μεταβάλλειν ἐστὶν, ἢ μή, οὐκ ἔστι τούτων ὕλη. ἔχει δ' ἀπορίαν πῶς πρὸς τἀναντία ἡ ὕλη ἡ ἑκάστου ἔχει. οἷον, εἰ τὸ σῶμα δυνάμει D ὑγιαίνει, ἐναντίον δὲ νόσος ὑγιείᾳ, ἆρ' ἄμφω δυνάμει; καὶ τὸ ὕδωρ δυνάμει ὄξος καὶ οἶνος; ἢ τοῦ μὲν καθ' ἕξιν καὶ κατὰ τὸ εἶδος ὕλη· τοῦ δὲ κατὰ στέρησιν καὶ κατὰ φθορὰν τὴν παρὰ φύσιν; ἀπορία δέ τις ἐστὶ, καὶ διὰ τί ὁ οἶνος οὐχ ὕλη τοῦ ὄξους, οὐδὲ δυνάμει ὄξος, καίτοι γίγνεται ἐξ αὐτοῦ ὄξος. καὶ ὁ ζῶν δυνάμει νεκρός, ἢ οὔ, ἀλλὰ κατὰ συμβεβηκὸς αἱ φθοραί· ἡ δὲ τοῦ ζῴου ὕλη E αὐτὴ κατὰ φθορὰν νεκροῦ δύναμις καὶ ὕλη, καὶ τὸ ὕδωρ ὄξους. γίγνεται γὰρ ἐκ τούτων ὥσπερ ἐξ ἡμέρας νύξ. καὶ ὅσα δὴ οὕτω μεταβάλλει εἰς ἄλληλα, εἰς τὴν ὕλην δεῖ ἐπανελθεῖν· οἷον εἰ ἐκ νεκροῦ ζῷον, εἰς τὴν ὕλην πρῶτον, εἶθ' οὕτως ζῷον, καὶ τὸ ὄξος εἰς ὕδωρ, εἶθ' οὕτως οἶνος.

Interpp. γίγνοιτο ἐξ ἀλλήλ.

A

## ΚΕΦΑΛ. ϛʹ.

Ἀπορία περὶ τοὺς ὁρισμοὺς καὶ τοὺς ἀριθμούς, τί ἐστιν αἴτιον τοῦ ἓν εἶναι.

ΠΕΡΙ δὲ τῆς ἀπορίας τῆς εἰρημένης, περί τε τοὺς ὁρισμούς, καὶ περὶ τοὺς ἀριθμούς, τί ἐστιν αἴτιον τοῦ ἓν εἶναι; πάντων γὰρ ὅσα πλείω μέρη ἔχει καὶ μὴ ἔστιν οἷον σωρὸς τὸ πᾶν, ἀλλ' ἔστι τι τὸ ὅλον παρὰ τὰ μόρια, ἔστι τι αἴτιον· ἐπεὶ καὶ ἐν τοῖς σώμασι τοῖς μὲν ἁφὴ αἰτία τοῦ ἓν εἶναι, τοῖς δὲ γλισχρότης, ἤ τι πάθος ἕτερον τοιοῦτον. ὁ δ' ὁρισμὸς λόγος ἐστὶν εἷς οὐ συνδέσμῳ, καθάπερ ἡ Ἰλιάς, ἀλλὰ τῷ ἑνὸς εἶναι. τί οὖν ἐστιν ὃ ποιεῖ ἓν τὸν ἄνθρωπον, καὶ διὰ τί ἕν, ἀλλ' οὐ πολλά; οἷον τό τε ζῷον καὶ τὸ δίπουν. ἄλλως τε καὶ εἰ ἔστιν ὥσπερ φασί τινες αὐτό τι ζῷον καὶ αὐτὸ δίπουν. διὰ τί γὰρ οὐκ ἐκεῖνα αὐτὰ ὁ ἄνθρωπός ἐστι, καὶ ἔσονται κατὰ μέθεξιν οἱ ἄνθρωποι, οὐκ ἀνθρώπου οὐδ' ἑνός, ἀλλὰ δυοῖν, καὶ ζῴου καὶ δίποδος; ὅλως δὴ οὐκ ἂν εἴη ἄνθρωπος ἕν, ἀλλὰ πλείω, ζῷον καὶ δίπουν. Φανερὸν δὴ ὅτι οὕτω μὲν μετιοῦσιν, ὡς εἰώθασιν ὁρίζεσθαι καὶ λέγειν, οὐκ ἐνδέχεται ἀποδοῦναι καὶ λῦσαι τὴν ἀπορίαν. Εἰ δέ ἐστιν, ὥσπερ λέγομεν, τὸ μὲν ὕλη, τὸ δὲ μορφή, καὶ τὸ μὲν δυνάμει, τὸ δὲ ἐνεργείᾳ, οὐκέτι ἀπορία δόξειεν ἂν εἶναι τὸ ζητούμενον. ἔστι γὰρ αὕτη ἡ ἀπορία ἡ αὐτή, κἂν εἰ ὁ ὅρος εἴη ἱματίου ὁ στρογγύλος χαλκός. εἴη γὰρ ἂν σημεῖον τοὔνομα τοῦτο τοῦ λόγου. ὥστε τὸ ζητούμενόν ἐστι τί αἴτιον τοῦ ἓν εἶναι τὸ στρογγύλον καὶ τὸν χαλκόν. Οὐκέτι δὴ ἡ ἀπορία φαίνεται, ὅτι τὸ μὲν ὕλη, τὸ δέ, μορφή. τί οὖν τούτου τὸ αἴτιον, τοῦ, τὸ δυνάμει ὄν, ἐνεργείᾳ εἶναι, παρὰ τὸ ποιῆσαν ἐν ὅσοις ἐστὶ γένεσις; οὐδὲν γάρ ἐστιν αἴτιον ἕτερον τοῦ τὴν δυνάμει σφαῖραν, ἐνεργείᾳ εἶναι σφαῖραν, ἀλλὰ τοῦτ' ἦν τὸ τί ἦν εἶναι ἑκατέρῳ. ἔστι δὲ τῆς ὕλης ἡ μὲν νοητή, ἡ δὲ αἰσθητή· καὶ ἀεὶ τοῦ λόγου τὸ μὲν ὕλη, τὸ δὲ ἐνέργειά ἐστιν, οἷον ὁ κύκλος σχῆμα ἐπίπεδον. ὅσα δὲ μὴ ἔχει ὕλην, μήτε νοητήν, μήτε αἰσθητήν, εὐθὺς ὅπερ ἕν τί ἐστιν ἕκαστον, ὥσπερ καὶ ὅπερ ὄν τι, τὸ τόδε, τὸ ποιόν, τὸ ποσόν. διὸ καὶ οὐκ ἔνεστιν ἐν τοῖς ὁρισμοῖς, οὔτε τὸ ὄν, οὔτε τὸ ἕν· καὶ τὸ τί ἦν εἶναι εὐθύς, ἕν τί ἐστιν, ὥσπερ καὶ ὄν τι.

## CAPVT VI.

*Dubitationem propoſitam antè de definitionibus & numeris, quid cauſæ ſit cur vnum fiat, ſoluit. è genere enim & differentia, è materia & forma fit vnum: quia hæ partes & principia in vnam per ſe naturam coaleſcunt.*

DE dubitatione autem dicta, & circa B definitiones; & circa numeros, quæ cauſa eſt vt vnum ſint? Omnium namque quæcumque plures partes habent, & non eſt totum quaſi coaceruatio, ſed ipſum totum eſt aliquid aliud præter partes, eſt aliqua cauſa. Nam & in corporibus quibuſdam tactus eſt cauſa vt vnum ſint: quibuſdam verò viſcoſitas, aut aliqua alia talis paſſio. Definitio verò, oratio eſt vna, non coniunctione, vt Ilias, ſed eo quòd vnius eſt. Quid eſt igitur, quod hominem facit vnum, & cur vnum, & non multa C ſunt animal, & bipes, præſertim ſi, (quemadmodum quidam dicunt,) ſit quid ipſum animal, & ipſum bipes? Cur enim non illa, homo eſt, & erunt ſecundùm participationem homines, non hominis vnius ſed duorum, animalis & bipedis? & omnino profectò, homo non erit vnum, ſed plura, animal & bipes. Manifeſtum itaque eſt, quòd ita quidem tractantibus, (vt ſolent definire, & dicere,) non eſt poſſibile reddere rationem, & ſoluere dubitationem. Quòd ſi, quemadmodum dicimus, hoc quidem materia, hoc verò forma D eſt, & hoc quidem potentia, hoc verò actu, profectò non videtur ampliùs dubitatio eſſe, quod quæritur. Etenim dubitatio eſt eadem, ac ſi definitio veſtis eſſet, æs rotundum. Eſſet etenim hoc nomen rationis ſignum. Quare quod quæritur, eſt, quænam cauſa ſit, vt rotundum, & æs vnum ſint. Ampliùs verò non apparet dubitatio, quoniam hoc quidem materia, illud verò forma eſt. Quæ igitur huius cauſa eſt, vt quod potentia eſt, actu ſit in quibuſcumque generatio eſt, præter illud quod fecit? nulla enim alia cauſa eſt, vt actu ſphæra ſit, quæ E potentia ſphæra erat: ſed hoc erat, ipſum quid erat eſſe vtrique. Eſt autem materia quædam intellectualis, quædam ſenſibilis: & ſemper rationis hoc quidem materia, hoc verò actus eſt, vt circulus figura plana. Quæcunque verò neque intellectualem neque ſenſibilem materiam habent, ſtatim vnum quiddam eſſe, vnumquodque eſt: quemadmodum ipſum ens, hoc quidem hoc, quale, quantum: quare non ineſt in definitionibus nec ens, nec vnum: & ipſum quid erat eſſe, ſtatim vnum quiddam eſt, quemadmodum & ens quiddam.

Propte-

Propterea non aliqua alia cauſa vlli iſtorum, vt vnum ſint, nec vt ens quiddam ſint: ſtatim etenim vnumquodque eſt ens quiddam, & vnum quiddam non vt in genere in ente, & vno, nec tanquam ſint ſeparata præter particularia. Ob hanc autem dubitationem, quidam participationem aiunt, & cauſam quandam participationis, & quidnam ſit illud participare, dubitant. Quidam copulam animæ (ſicuti Lycophron ait) ſcientiam eſſe ipſius ſcire & animæ. Quidam compoſitionem, aut coniunctionem animæ cum corpore, ipſum viuere. Attamen eadem de omnibus ratio erit. Etenim ipſum ſanum eſſe, aut copula aut compoſitio, aut coniunctio animæ & ſanitatis erit. Et æs eſſe triangulum, compoſitio æris & trianguli. Et album eſſe, compoſitio ſuperficiei, & albedinis. Cauſa verò eſt, quoniam potentiæ & actus rationem quærunt vnientem, & differentiam. Eſt autem (vt dictum eſt) vltima materia, & hoc potentia, hoc quidem actu. Quare ſimile eſt quærere quidnam vnius cauſa ſit: & vt vnum ſit. Vnum enim quiddam, vnumquodque, & quod potentia, & quod actu, vnum quodam modo eſt. Quare nulla alia cauſa eſt, niſi ſi quid fuit, tanquam ex potentia in actum mouens. Quæcumque verò non habent materiam, cuncta ſimpliciter entia, ſunt ipſum quid.

A διὸ οὐκ ἔστιν ἕτερόν τι αἴτιον τοῦ ἓν εἶναι οὐθενὶ τούτων, οὐδὲ τοῦ ὄν τι εἶναι. αὐθὺς γὰρ ἕκαστόν ἐστιν ὄν τι καὶ ἕν τι, οὐχ ὡς ἐν γένει τῷ ὄντι καὶ τῷ ἑνὶ, οὐδ᾽ ὡς χωριστῶν ὄντων παρὰ τὰ καθ᾽ ἕκαστα. διὰ ταύτην δὲ τὴν ἀπορίαν, οἱ μὲν μέθεξιν λέγουσι, καὶ αἴτιόν τι τῆς μεθέξεως, καὶ τί τὸ μετέχειν ἀποροῦσιν. οἱ δὲ συνουσίαν ψυχῆς, ὥσπερ Λυκόφρων φησὶν, εἶναι τὴν ἐπιστήμην τοῦ ἐπίστασθαι, καὶ ψυχῆς· οἱ δὲ σύνθεσιν B ἢ σύνδεσμον ψυχῆς σώματι, τὸ ζῆν· καίτοι ὁ αὐτὸς λόγος ἐπὶ πάντων. καὶ γὰρ τὸ ὑγιαίνειν, ἔσται ἢ συνουσία, ἢ σύνδεσμος, ἢ σύνθεσις ψυχῆς καὶ ὑγιείας. καὶ τὸν χαλκὸν εἶναι τρίγωνον, σύνθεσις χαλκοῦ καὶ τριγώνου. καὶ τὸ λευκὸν * ἓν εἶναι, σύνθεσις ἐπιφανείας καὶ λευκότητος· αἴτιον δ᾽, ὅτι δυνάμεως καὶ ἐντελεχείας ζητοῦσι λόγον ἑνοποιὸν καὶ διαφοράν. ἔστι δ᾽, ὥσπερ εἴρηται, καὶ ἡ ἐσχάτη ὕλη καὶ ἡ μορφὴ * ταὐτὸ καὶ δυνάμει, τὸ δὲ ἐνεργείᾳ. ὥστε ὅμοιον τὸ ζητεῖν C τοῦ * ἑνὸς τί αἴτιον, καὶ τοῦ ἓν εἶναι. ἓν γάρ τι ἕκαστον, καὶ τὸ δυνάμει καὶ τὸ ἐνεργείᾳ ἕν πως ἐστίν. ὥστε αἴτιον οὐθὲν ἄλλο πλὴν εἴ τι ὡς κινῆσαν ἐκ δυνάμεως εἰς ἐνέργειαν. ὅσα δὲ μὴ ἔχει ὕλην, * πάντα ἁπλῶς ὅπερ ὄντα τι.

Vocem ἓν non agnoſcūt quidam cod. neque interpp. plerique. Scribe, ταὐτό· καὶ τὸ μὲν δυνάμει, τὸ δὲ ἐνεργείᾳ. εἰς τι αἴ. κ. ταὐτὰ ἁπλῶς ἵν- τι καὶ ὅπερ ὄν τι. al. ταὐτὰ ἁπλῶς. ἓν καὶ ἁπλῶς ὅπερ ὄντα.

---

## ARISTOTELIS STAGIRITÆ METAPHYSICORVM

## LIBER IX.

## CAPVT I.

*De potentia, impotentia & priuatione.*

De primo itaque ente, & ad quod cęterę omnes entis prædicationes referuntur, hoc eſt, de ſubſtantia, dictum eſt. Nam ſecundùm ſubſtantiæ rationem cætera dicuntur entia, quantum & quale, ac cætera, quæ ita dicuntur. Cuncta etenim habebunt ſubſtantiæ rationem, vt in primis ſermonibus diſſeruimus. Cùm autem ens dicatur, hoc quidem quid, aut quantitas, aut qualitas, hoc verò ſecundùm potentiam, & entelechiam, ac actum, determinemus etiam de potentia, & entelechia. Et primo de potentia, ea quidem, quæ dicitur maximè propriè, non ſanè eſt vtilis ad quod nunc volumus.

D

## ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ΤΩΝ μετὰ τὰ φυσικὰ, τὸ θ.

## ΚΕΦΑΛ. α΄.

Περὶ δυνάμεως καὶ ἀδυναμίας καὶ στερήσεως.

ΠΕΡΙ μὲν οὖν τοῦ πρώτως ὄντος, καὶ πρὸς ὃ πᾶσαι αἱ ἄλλαι κατηγορίαι τοῦ ὄντος ἀναφέρονται, εἴρηται, περὶ τῆς οὐσίας. κατὰ γὰρ E τὸν τῆς οὐσίας λόγον λέγεται τἆλλα ὄντα, τό, τε ποσὸν καὶ τὸ ποιὸν, καὶ τἆλλα τὰ οὕτω λεγόμενα. πάντα γὰρ ἕξει τὸν τῆς οὐσίας λόγον, ὥσπερ εἴπομεν ἐν τοῖς πρώτοις λόγοις. ἐπεὶ δὲ λέγεται τὸ ὂν, τὸ μὲν τὸ τί, ἢ ποιὸν, ἢ ποσὸν, τὸ δὲ κατὰ δύναμιν καὶ ἐντελέχειαν καὶ κατὰ τὸ ἔργον, διορίσωμεν καὶ περὶ δυνάμεως καὶ ἐντελεχείας. καὶ πρῶτον περὶ δυνάμεως, ἣ λέγεται μὲν μάλιστα κυρίως, οὐ μὴν χρησίμη ἐστὶ πρὸς ὃ βουλόμεθα νῦν.

ἐπὶ πλέον γάρ ἐστιν ἡ δύναμις καὶ ἡ ἐνέργεια τῶν μόνον λεγομένων κατὰ κίνησιν. ἀλλ' εἰπόντες περὶ ταύτης ἐν τοῖς περὶ τῆς ἐνεργείας διορισμοῖς, δηλώσομεν καὶ περὶ τῶν ἄλλων. ὅτι μὲν οὖν λέγεται πολλαχῶς ἡ δύναμις, καὶ τὸ δύνασθαι, διώρισται ἡμῖν * ἐν ἄλλοις. τούτων δ' ὅσαι μὲν ὁμωνύμως λέγονται δυνάμεις, ἀφείσθωσαν· ἔνιαι γὰρ ὁμοιότητί τινι λέγονται, καθάπερ ἐν γεωμετρίᾳ· καὶ δυνατὰ καὶ ἀδύνατα λέγομεν τῷ εἶναί πως, ἢ μὴ εἶναι. ὅσαι δὲ πρὸς τὸ αὐτὸ εἶδος, πᾶσαι ἀρχαί τινές εἰσι, καὶ πρὸς πρώτην μίαν λέγονται, ἥ ἐστιν ἀρχὴ μεταβολῆς ἐν ἄλλῳ ἢ ἄλλο. ἡ μὲν γὰρ τοῦ παθεῖν ἐστὶ δύναμις, ἡ ἐν αὐτῷ τῷ πάσχοντι ἀρχὴ μεταβολῆς παθητικῆς ὑπ' ἄλλου ἢ ἄλλο. * ἡ δὲ, ἕξις ἀπαθείας τῆς ἐπὶ τὸ χεῖρον, καὶ φθορᾶς τῆς ὑπ' ἄλλου ἢ ἄλλο, ἀρχῆς μεταβλητικῆς. ἐν γὰρ τούτοις ἔνεστι πᾶσι τοῖς ὅροις ὁ τῆς πρώτης δυνάμεως λόγος. πάλιν δ' αὗται αἱ δυνάμεις λέγονται, ἢ τοῦ μόνον ποιῆσαι, ἢ τοῦ παθεῖν, ἢ τοῦ καλῶς. ὥστε καὶ ἐν τοῖς τούτων λόγοις, ἐνυπάρχουσί πως οἱ τῶν προτέρων λόγοι δυνάμεων. φανερὸν οὖν ὅτι ἔστι μὲν ὡς μία δύναμις τοῦ ποιεῖν καὶ πάσχειν· (δυνατὸν γάρ ἐστι καὶ τῷ ἔχειν αὐτὸ δύναμιν τοῦ παθεῖν, καὶ τῷ ἄλλο ὑπ' αὐτοῦ.) ἔστι δὲ ὡς ἄλλη. ἡ μὲν γὰρ ἐν τῷ πάσχοντι. διὰ γὰρ τὸ ἔχειν τινὰ ἀρχὴν, καὶ εἶναι καὶ τὴν ὕλην ἀρχήν τινα, πάσχει τὸ πάσχον, καὶ ἄλλο ὑπ' ἄλλου. τὸ λιπαρὸν μὲν γὰρ καὶ καυστόν· τὸ δ' ὑπεῖκον ὡδὶ θλαστόν. ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων. ἡ δ' ἐν τῷ ποιοῦντι, οἷον τὸ θερμὸν, καὶ ἡ οἰκοδομικὴ, ἡ μὲν ἐν τῷ θερμαντικῷ, ἡ δ' ἐν τῷ οἰκοδομικῷ. διὸ ἡ συμπέφυκεν, οὐθὲν πάσχει αὐτὸ ὑφ' ἑαυτοῦ. * ἓν γὰρ καὶ οὐκ ἄλλο. καὶ ἡ ἀδυναμία καὶ τὸ ἀδύνατον, καὶ ἡ τοιαύτῃ δυνάμει ἐναντία, στέρησίς ἐστιν. ὥστε τοῦ αὐτοῦ καὶ κατὰ τὸ αὐτὸ πᾶσα δύναμις,* ἀδυναμία. ἡ δὲ στέρησις λέγεται πολλαχῶς. καὶ γὰρ τὸ μὴ ἔχον καὶ τὸ πεφυκὸς ἂν μὴ ἔχῃ, ἢ ὅλως, ἢ ὅτε πέφυκε, καὶ ἢ ὡδὶ, οἷον παντελῶς, ἢ κἂν ὁπωσοῦν· ἐπ' ἐνίων δὲ, ἂν πεφυκότα ἔχειν μὴ ἔχῃ βίᾳ, ἐστερῆσθαι ταῦτα λέγομεν.

Libro 5. cap. 12. Metaphyſ.

γρ. ἡ δ' ἕξις ἀπα.

γρ. ἓν γὰρ, καὶ ἄλλο. ἡ δὲ ἀδυναμία ἡ τοιαύτῃ δυνάμει ἐναντία, ſ. omiſſis cæteris.

γρ. καὶ ἀδυναμία.

A (Potentia namque, & actus, latiùs patent, quàm illa quæ ſecundùm motum ſolùm dicuntur.) Sed cùm de ea dixerimus in determinationibus de actu, oſtendemus etiam de aliis. Quòd igitur multipliciter potentia, & poſſe dicatur, determinatum eſt à nobis in aliis. Harum verò quæcumque quidem æquiuocè dicuntur potentiæ, prætermittantur. Quædam etenim ſimilitudine quadam dicuntur, vt in geometria & poſſibilia ac impoſſibilia dicimus, eo quòd quodam modo ſint, B aut non ſint. Quæcumque verò ad eandem ſpeciem, omnes aliqua principia ſunt, & ad vnam primam dicuntur, quæ eſt principium tranſmutationis in alio prout aliud eſt. Aliqua enim eſt patienti potentia, quæ in ipſo patiente principium eſt tranſmutationis paſſiuæ ab alio prout aliud eſt. Aliqua verò habitus impaſſibilitatis, quæ in deterius eſt, & corruptionis quæ eſt ab alio prout aliud eſt, principio tranſmutatiuo. In his enim omnibus definitionibus, ineſt primæ potentiæ ratio. Rurſus autem, hæ poten- C tiæ dicuntur, aut ipſius faciendi ſolùm, aut patiendi, aut ipſius bene. Quare in harum quoque rationibus, quodam modo inſunt priorum potentiarum rationes. Manifeſtum igitur eſt, quòd quodam modo quidem vna eſt ipſius facere & pati potentia, (potens enim eſt, & eo quòd ipſum habeat patiendi potentiam, & eo quòd aliud ab eo,) quodammodo verò alia. Hæc enim in patiente eſt. Propterea enim quòd habet aliquod principium, & quòd materia aliquod principium eſt, patitur quod patitur, & aliud ab alio. D Pingue namque combuſtibile eſt: cedens verò, ſic preſſibile: & ſimiliter de cæteris. Hæc verò, in faciente, vtputa, calidum, & ædificatiua: hoc quidem in calefactiuo, hæc verò in ædificatiuo. Propter quod nullum prout connaturale factum, ipſum à ſe ipſo patitur: vnum etenim, & non aliud eſt. At impotentia quoque, & impotens, atque quæ tali potentiæ contraria eſt, priuatio eſt. Quare eiuſdem, potentia impotentiaque omnis. Priuatio autem multifariam dicitur. E Etenim quod non habet, & quod natura aptum eſt, ſi non habet, aut omnino, aut cùm natura aptum ſit, aut ſic, vtputa omnino, aut quomodocumque: in quibuſdam autem ſi natura apta habere, vi non habeant, priuari ea dicimus.

A

## CAPVT II.

*Potentiarum alias eſſe rationis expertes, alias cum ratione coniunctas.*

CVm autem quædam inanimatis talia principia inſint, quædam verò in animatis, & in anima, & in animæ ea parte quæ rationem habet, patet quòd potentiarum quoque quædam irrationales, quædam cum ratione erunt. Quare omnes artes, & factiuæ ſcientiæ, potentiæ ſunt. Principia enim transmutatiua in alio, prout aliud eſt. Et quæ quidem cum ratione, omnes eædem contrariorum ſunt: irrationales verò, vna vnius: vt calidum, ipſius calefaciendi ſolius: medicandi verò potentia, infirmitatis, & ſanitatis. Cauſa verò eſt, quia ſcientia ratio. Ratio autem eadem, manifeſtat & rem, & priuationem, niſi quòd non ſimiliter: & quodam modo quidem amborum eſt, quodam modo verò eius magis quod exiſtit. Quare neceſſe eſt tales etiam ſcientias eſſe quidem contrariorum: eſſe verò huius quidem per ſe ipſas, illius verò non per ſe ipſas. Etenim ratio huius quidem ſecundùm ſe ipſam, huius verò quodam modo ſecundùm accidens. Negatione enim & ſublatione, manifeſtat contrarium. Prima namque priuatio contrarium eſt: hæc autem alterius demptio eſt. Sed quoniam contraria non ſunt in eodem. ſcientia verò potentia, eo quòd habet rationem, anima quoque motus principium habet; (ſalubre quidem ſanitatem ſolùm facit, & calefactiuum caliditatem, & frigefactiuum frigiditatem, ſciens autem ambo; ratio enim amborum quidem eſt, non tamen ſimiliter, & in anima, quæ motus principium habet;) ambo profectò ex eodem mouebit principio ad idem coniungens. Quare quæ ſecundùm rationem potentia ſunt, contraria iis faciunt, quæ abſque ratione potentia ſunt: vnum namque principium, continetur ratione. Manifeſtum autem eſt, quod & ipſius bene potentiam ſequitur ſolius faciendi aut patiendi potentia: hanc verò illa non ſemper. Qui enim benefaciat, neceſſe eſt vt etiam faciat: qui verò ſolùm facit, non neceſſariò & bene facit.

## ΚΕΦΑΛ. β'.

Τῶν δυνάμεων αἱ μὲν ἄλογοι, αἱ δὲ μετὰ λόγου.

ΕΠΕΙ δ' αἱ μὲν ἐν τοῖς ἀψύχοις ἐνυπάρχουσιν ἀρχαὶ τοιαῦται, αἱ δ' ἐν τοῖς ἐμψύχοις καὶ ἐν ψυχῇ, καὶ τῆς ψυχῆς ἐν τῷ λόγον ἔχοντι, δῆλον ὅτι καὶ τῶν δυνάμεων, αἱ μὲν ἔσονται ἄλογοι, αἱ δὲ μετὰ λόγου. διὸ πᾶσαι αἱ τέχναι * καὶ ποιητικαὶ καὶ αἱ ἐπιστῆμαι, B δυνάμεις εἰσίν. ἀρχαὶ γὰρ μεταβλητικαί εἰσιν ἐν ἄλλῳ ἢ ἄλλο. καὶ αἱ μὲν μετὰ λόγου πᾶσαι τῶν ἐναντίων αἱ αὐταί· αἱ δ' ἄλογοι, μία ἑνός· οἷον, τὸ θερμὸν τοῦ θερμαίνειν μόνον· ἡ δὲ ἰατρικὴ, νόσου καὶ ὑγιείας. αἴτιον δέ, ὅτι λόγος ἐστὶν ἡ ἐπιστήμη. ὁ δὲ λόγος ὁ αὐτὸς δηλοῖ τὸ πρᾶγμα καὶ τὴν στέρησιν, πλὴν οὐχ ὡσαύτως. καὶ ἔστιν ὡς ἀμφοῖν, ἔστι δὲ ὡς τοῦ ὑπάρχοντος μᾶλλον. C ὥστ' ἀνάγκη καὶ τὰς τοιαύτας ἐπιστήμας, εἶναι μὲν τῶν ἐναντίων, εἶναι δὲ τοῦ μὲν καθ' αὑτάς, τοῦ δὲ μὴ καθ' αὑτάς. καὶ γὰρ ὁ λόγος τοῦ μὲν καθ' αὑτό, τοῦ δὲ τρόπον τινὰ κατὰ συμβεβηκός. ἀποφάσει γὰρ καὶ ἀποφορᾷ δηλοῖ τὸ ἐναντίον. ἡ γὰρ στέρησις ἡ πρώτη, τὸ ἐναντίον· αὕτη δὲ * ἀποφορὰ θατέρου. * ἐπεὶ δὲ τὰ ἐναντία οὐκ ἐγγίνεται ἐν τῷ αὐτῷ, ἡ δ' ἐπιστήμη δύναμις τῷ λόγον ἔχειν· καὶ ἡ ψυχὴ D κινήσεως ἔχει ἀρχήν·) τὸ μὲν ὑγιεινὸν ὑγίειαν μόνον ποιεῖ, καὶ τὸ θερμαντικὸν θερμότητα, καὶ τὸ ψυκτικὸν ψυχρότητα· ὁ δ' ἐπιστήμων ἄμφω. λόγος γάρ ἐστιν ἀμφοῖν μέν, οὐχ ὁμοίως δέ, καὶ ἐν τῇ ψυχῇ, ἣ ἔχει κινήσεως ἀρχήν. ὥστε ἄμφω ἀπὸ τῆς αὐτῆς ἀρχῆς κινήσει πρὸς τὸ αὐτὸ συνάψασα. διὸ τὰ κατὰ λόγον δυνατά, τοῖς ἄνευ λόγου δυνατοῖς, ποιεῖ τἀναντία. μία γὰρ ἀρχὴ περιέχεται τῷ λόγῳ. φανερὸν δέ, καὶ ὅτι τῇ μὲν τοῦ εὖ δυνάμει ἀκολουθεῖ ἡ τοῦ μόνον ποιῆσαι E ἢ παθεῖν δύναμις. ταύτῃ δ' ἐκείνη οὐκ ἀεί. ἀνάγκη γὰρ τὸν εὖ ποιοῦντα καὶ ποιεῖν, τὸν δὲ μόνον ποιοῦντα, οὐκ ἀνάγκη καὶ εὖ ποιεῖν.

γρ. καὶ ποιη. ἐπιστῆμαι.

γρ. ἀποφορᾷ.

Locus perplexus: vide Niphū.

## ΚΕΦΑΛ. γʹ.

Κατὰ τῶν φασκόντων ὅταν ἐνεργῇ μόνον δύνασθαι.

Εἰσὶ δέ τινες οἵ φασιν εἶναι οἷον Μεγαρεικοὶ, ὅταν ἐνεργῇ, μόνον δύνασθαι. ὅταν δὲ μὴ ἐνεργῇ, μὴ δύνασθαι· οἷον, τὸν μὴ οἰκοδομοῦντα, μὴ δύνασθαι οἰκοδομεῖν, ἀλλὰ τὸν οἰκοδομοῦντα ὅταν οἰκοδομῇ· ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων, οἷς τὰ συμβαίνοντα ἄτοπα, οὐ χαλεπὸν ἰδεῖν. δῆλον γὰρ ὅτι οὔτε οἰκοδόμος ἔσται, ἐὰν μὴ οἰκοδομῇ. τὸ γὰρ οἰκοδόμῳ εἶναι, τὸ δυνατῷ εἶναί ἐστιν οἰκοδομεῖν. ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων τεχνῶν. εἰ οὖν ἀδύνατον τὰς τοιαύτας ἔχειν τέχνας, μὴ μανθάνοντά ποτε καὶ λαμβάνοντα, καὶ μὴ ἔχειν μὴ ἀποβάλλοντά ποτε· (ἢ γὰρ λήθῃ, ἢ πάθει τινὶ, ἢ χρόνῳ· οὐ γὰρ δὴ τοῦ γε πράγματος φθαρέντος· ἀεὶ γάρ ἐστιν·) ὅταν παύσηται, οὐχ ἕξει τὴν τέχνην. πάλιν δ' εὐθὺς οἰκοδομήσει πῶς λαβών. καὶ τὰ ἄψυχα δὲ ὁμοίως. οὔτε γὰρ ψυχρὸν, οὔτε γλυκὺ, οὔτε ὅλως αἰσθητὸν οὐθὲν ἔσται μὴ αἰσθανομένων. ὥστε τὸν Πρωταγόρου λόγον συμβήσεται λέγειν αὐτοῖς. ἀλλὰ μὴν οὐδ' αἴσθησιν ἕξει οὐδὲν, ἂν μὴ αἰσθάνηται, μηδ' ἐνεργῇ. εἰ οὖν τυφλὸν τὸ μὴ ἔχον ὄψιν, πεφυκὸς δὲ καὶ ὅτε πέφυκε, * καὶ ἔτι ὡς οἱ αὐτοὶ τυφλοὶ ἔσονται πολλάκις τῆς ἡμέρας καὶ κωφοί. ἔτι εἰ ἀδύνατον τὸ ἐστερημένον δυνάμεως, τὸ μὴ γιγνόμενον, ἀδύνατον ἔσται γενέσθαι. τὸ δ' ἀδύνατον γενέσθαι, ὁ λέγων ἢ εἶναι, ἢ ἔσεσθαι, ψεύσεται. τὸ γὰρ ἀδύνατον τοῦτ' ἐσήμαινεν. ὥστε οὗτοι οἱ λόγοι ἐξαιροῦσι καὶ κίνησιν καὶ γένεσιν. ἀεὶ γὰρ τό, τε ἑστηκὸς ἑστήξεται, καὶ τὸ καθήμενον καθεδεῖται. οὐ γὰρ ἀναστήσεται, ἂν καθέζηται. ἀδύνατον γὰρ ἔσται ἀναστῆναι, ὅ γε μὴ δύναται ἀναστῆναι. εἰ οὖν μὴ ἐνδέχεται ταῦτα λέγειν, φανερὸν ὅτι δύναμις καὶ ἐνέργεια ἕτερόν ἐστιν. ἐκεῖνοι δ' οἱ λόγοι, δύναμιν καὶ ἐνέργειαν ταὐτὸ ποιοῦσι. διὸ καὶ οὐ μικρόν τι ζητοῦσιν ἀναιρεῖν. ὥστε ἐνδέχεται δυνατὸν μέν τι εἶναι, μὴ εἶναι δέ· καὶ δυνατὸν μὴ εἶναι, εἶναι δέ. ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων κατηγοριῶν δυνατὸν βαδίζειν ὂν, μὴ βαδίζειν· καὶ μὴ βαδίζειν δὲ, δυνατὸν εἶναι βαδίζειν. ἔστι δὲ δυνατὸν τοῦτο, ᾧ, ἐὰν ὑπάρξῃ ἡ ἐνέργεια οὗ λέγεται ἔχειν τὴν δύναμιν, οὐθὲν ἔσται ἀδύνατον. λέγω δὲ, οἷον εἰ δυνατὸν καθῆσθαι

Beſſ. & alii vet. interpp. legiſſe videtur καὶ ἔτι ὡς (vel ὄν) πέφυκεν, οἱ αὐ.

## CAPVT III.

*Aduerſus Megaricos, qui potentiam tantùm eſſe aiebant, cum actu exerceretur.*

SVnt autem quidam, vt Megarici, qui dicunt tunc ſolùm poſſe cùm agat: cùm verò non agat, non poſſe: vtputa eum, qui non ædificat, ædificare non poſſe: B ſed ædificantem, cùm ædificat: ſimiliter quoque & de cæteris. Quibus quæ inconuenientia accidunt, non eſt difficile videre. Patet namque, quòd nec ædificator erit, ſi non ædificat. Ædificatori enim eſſe, ipſum poſſe ædificare eſt. Similiter autem & de aliis artibus. Si igitur impoſſibile eſt huiuſcemodi artes habere, niſi quandoque diſcat, & accipiat: & non habere, niſi amittat aliquando: (aut enim obliuione, aut quadam paſſione, aut tempore: non enim re C corrupta: ſemper namque eſt:) cùm ceſſauerit, non habebit artem: rurſus autem ſtatim ædificabit, quomodo accipiens. Et inanimata etiam ſimiliter: nec enim frigidum, neque calidum, neque dulce, nec omnino vllum ſenſibile erit non ſentientibus. Quare Protagoræ opinionem accidet eis dicere. Atqui nec ſenſum aliquid habebit, ſi non ſentiat, aut operetur. Si igitur cæcum eſt, quòd non habet viſum, natura tamen aptum, & quando aptum, & item prout natura D aptum eſt habere, iidem ſæpius in eodem die cæci & ſurdi erunt. Item, ſi impoſſibile id eſt quod priuatur potentia, quod non fit, impoſſibile eſt fieri: quod verò impoſſibile eſt fieri, qui dicit eſſe, aut futurum eſſe, mentietur. impoſſibile enim hoc ſignificabat. Vnde illæ orationes, & motum & generationem perimunt. Semper etenim, & quod ſtat, ſtabit, & quod ſedet, ſedebit. Si enim ſedet, non ſurget: impoſſibile namque erit ſurgere, quod non eſt poſſibile ſurgere. Quòd ſi non eſt poſſibile iſta dicere, manifeſtum E eſt, quòd potentia & actus aliud & aliud eſt: illæ verò orationes idem faciunt, potentiam, & actum: propter quod: non parum quiddam quærunt perimere. Quare contingit poſſibile quidem eſſe quiddam, non eſſe autem, & poſſibile non eſſe, eſſe verò. Similiter in cæteris quoque prædicamentis, quicquam poſſibile ambulare, non ambulare: & poſsibile non ambulare, ambulare. Hoc autem poſsibile eſt, cui, ſi illius inſit actus, cuius potentiam habere dicitur, nihil impoſsibile erit. Dico autem, vt ſi poſsibile ſedere eſt,

& ſedere contingit huic, ſi extiterit ipſum ſedere, nil impoſſibile erit: & ſi moueri quicquam, aut mouere, aut ſtare, aut ſiſti, aut eſſe, aut fieri, aut non eſſe, aut non fieri, ſimiliter. Nomen verò actus, qui ad entelechiam annectitur, aduenit etiam in aliis, maximè ex motibus: videtur etenim maximè motus, actus eſſe. Quare non entibus non attribuunt ipſum moueri, ſed alias quaſdam prædicationes, vtputa intelligibilia & deſiderabilia eſſe, ipſa non entia, non autem mota: hoc autem, quia, cùm non ſint actu, erunt actu, non entium enim, quædam potentia ſunt: non autem ſunt, quoniam entelechia non ſunt.

## CAPVT IV.

*Vtrùm fieri queat, vt res poſſibilis nec ſit, nec futura ſit vnquam, concludit negatiuè.*

SI autem poſſibile eſt, quod dictum eſt, quatenus ſequitur, manifeſtum eſt, quòd non poteſt verum eſſe dicere, quòd poſſibile quidem eſt hoc, non tamen erit: alioqui quænam impoſſibilia ſint, hoc modo fugiunt nos. Dico autem, vt ſi quis dicat poſſe diametrum commenſurari, non tamen commenſurabitur, non cogitans quidnam impoſſibile ſit: quia nihil prohibet aliquid poſſibile exiſtens, aut eſſe, aut fieri, non eſſe, nec futurum eſſe. Attamen ex iis quæ poſita ſunt, illud neceſſariò ſequitur: quia ſi ſupponamus eſſe, aut factum eſſe, quod non quidem eſt, poſſibile autem eſt, nihil impoſſibile erit. At accidet quidem: commenſurari enim impoſſibile eſt. Enim vero non eſt idem falſum, & impoſſibile. Te namque nunc ſtare, falſum quidem, ſed non impoſſibile eſt. Simul autem manifeſtum eſt, quòd ſi a exiſtente neceſſe eſt b eſſe, ita etiam a exiſtente poſſibile eſſe, neceſſe eſt b quoque poſſibile eſſe. Nam ſi non eſt poſſibile eſſe, nihil prohibet non eſſe poſſibile eſſe. Sit itaque a, poſſibile. Cùm igitur a, nihil impoſſibile eſſe, ſi ponetur ipſum a, nihil impoſſibile eſſe accidit. At tum ipſum b neceſſe eſt eſſe: attamen impoſſibile erat. Sit igitur impoſſibile: quod ſi impoſſibile, neceſſe eſt a eſſe: neceſſe eſt autem b eſſe, ſed erat a poſſibile: ergo etiam b. ſi igitur a poſſibile ſit, b etiam poſſibile erit: ſi ita quidem ſe habebant, vt a exiſtente, neceſſe ſit etiam b eſſe. Si itaque ſic ſe habentibus a b, non ita poſſibile ſit b, nec ipſum a b ſe habebit vt poſitum eſt:

A καὶ ἐνδέχεται καθῆσθαι τούτῳ, ἐὰν ὑπάρ-
ξῃ τὸ καθῆσθαι, οὐδὲν ἔσται ἀδύνατον· καὶ εἰ
κινηθῆναί τι, ἢ κινῆσαι ἢ στῆναι, ἢ στῆσαι, ἢ
εἶναι, ἢ γίγνεσθαι, ἢ μὴ εἶναι, ἢ μὴ γίγνεσθαι ὁ-
μοίως. ἐλήλυθε δ' ἡ ἐνέργεια τοὔνομα ἡ
πρὸς τὴν ἐντελέχειαν συντιθεμένη, καὶ ἐπὶ
τὰ ἄλλα ἐκ τῶν κινήσεων μάλιστα. δοκεῖ γὰρ
* ἐνέργεια μάλιστα ἡ κίνησις εἶναι. διὸ καὶ τοῖς κ. ἡ ἐνέργ.
μὴ οὖσιν, οὐκ ἀποδιδόασι τὸ κινεῖσθαι, ἄλ-
B λας δέ τινας κατηγορίας, οἷον διανοητὰ καὶ
ἐπιθυμητὰ εἶναι τὰ μὴ ὄντα, κινούμενα δὲ οὔ.
τοῦτο δὲ ὅτι οὐκ ὄντα ἐνεργείᾳ, ἔσονται ἐνερ-
γείᾳ. τῶν γὰρ μὴ ὄντων, ἔνια δυνάμει ἐστίν. οὐκ
ἔστι δέ, ὅτι οὐκ ἐντελεχείᾳ ἐστίν.

## ΚΕΦΑΛ. δ'.

Πότερον ἐνδέχεται δυνατόν τι ὂν εἶναι ἢ γίνε-
σθαι, μὴ εἶναι δὲ μηδὲ ἔσε-
σθαι.

C

ΕΙ δ' ἐστὶ τὸ εἰρημένον δυνατὸν ἢ ἀκο-
λουθεῖ, φανερὸν ὅτι οὐκ ἐνδέχεται ἀ-
ληθὲς εἶναι τὸ εἰπεῖν, ὅτι δυνατὸν μὲν τοδί, οὐκ
ἔσται δέ, ὥστε τὰ ἀδύνατα εἶναι ταύτῃ διαφεύ-
γειν. λέγω δέ, οἷον, εἴ τις φαίη δυνατὸν τὴν
διάμετρον μετρηθῆναι, οὐ μέντοι μετρηθή-
σεσθαι, * μὴ λογιζόμενος τὸ ἀδύνατον εἶναι, ὅτι γρ. ὁ μὴ λο.
οὐθὲν κωλύει δυνατόν τι ὂν εἶναι, ἢ γίνεσθαι,
μὴ εἶναι δέ, μηδὲ ἔσεσθαι· * ἀλλ' ἐκεῖνο ἀ- Periodus hæc
νάγκη ἐκ τῶν κειμένων, εἰ καὶ ὑποθοίμεθα varië legitur ab
D εἶναι ἢ γεγονέναι, ὃ οὐκ ἔστι μέν, δυνατὸν δέ, ὅτι interpp.
οὐθὲν ἔσται ἀδύνατον, συμβήσεται δέ γε. τὸ γὰρ Græca
μετρεῖσθαι, ἀδύνατον. οὐ γάρ ἐστι ταὐτό, τό, lectio
τε ψεῦδος, καὶ τὸ ἀδύνατον. τὸ γάρ σε ἑστάναι plana vi-
νῦν, ψεῦδος μέν, οὐκ ἀδύνατον δέ. ἅμα δὲ δῆλον, detur.
καὶ ὅτι εἰ τοῦ α ὄντος, ἀνάγκη τὸ β εἶναι· καὶ δυ-
νατοῦ ὄντος τοῦ α εἶναι, καὶ τὸ β ἀνάγκη εἶναι δυ-
νατόν. εἰ γὰρ μὴ ἀνάγκη δυνατὸν εἶναι, οὐ-
θὲν κωλύει μὴ εἶναι δυνατὸν εἶναι. ἔστω δὴ τὸ α
E δυνατόν. οὐκοῦν ὅτε τὸ α δυνατὸν εἴη εἶναι, εἰ τεθείη
τὸ α, οὐδὲν ἀδύνατον εἶναι συνέβαινε. τὸ δέ γε
β ἀνάγκη εἶναι· ἀλλ' ἦν ἀδύνατον. ἔστω δὴ
ἀδύνατον. εἰ δὴ ἀδύνατον, ἀνάγκη εἶναι τὸ α,
ἀνάγκη καὶ τὸ β εἶναι. ἀλλ' ἦν ἄρα τὸ α δυνα-
τόν· καὶ τὸ β ἄρα. ἂν ἄρα ᾖ τὸ α δυνατόν, καὶ
τὸ β ἔσται δυνατόν, εἴπερ οὕτως εἶχον,
ὥστε τοῦ α ὄντος, ἀνάγκη εἶναι τὸ β. ἐὰν δὴ
οὕτως ἐχόντων * τῶν α β μὴ ᾖ δυνατὸν τὸ γρ. τῶν α β.
β οὕτως, οὐδὲ τὸ α β ἕξει ὡς ἐτέθη·

καὶ εἰ τοῦ α δυνατοῦ ὄντος, ἀνάγκη τὸ β δυνατὸν εἶναι, εἰ ἔστι τὸ α, ἀνάγκη εἶναι καὶ τὸ β. τὸ γὰρ δυνατὸν εἶναι ἐξ ἀνάγκης τὸ β εἶναι, εἰ τὸ α δυνατὸν, τοῦτο σημαίνει, ἐὰν ᾖ τὸ α, καὶ ὅτε, καὶ ὡς ἦν δυνατὸν εἶναι, κἀκεῖνο τότε, καὶ οὕτως εἶναι ἀναγκαῖον.

A & ſi a poſſibili exiſtente, neceſſe eſt b poſſibile eſſe, ſi a eſt, neceſſe eſt b etiam eſſe. Poſſibile namque eſſe, neceſſariò b eſſe, ſi a poſſibile, hoc ſignificat, ſi a ſit, & quando, & ſicuti erat poſſibile eſſe, illud quoque tunc & ita neceſſe eſt eſſe.

## ΚΕΦΑΛ. ε'.

Ὅτι τὸ δυνατὸν κατὰ λόγον, ἅπαν ἀνάγκη ὅταν ὀρέγηται οὗ τε ἔχει τὴν δύναμιν, καὶ ὡς ἔχει, τοῦτο ποιεῖν.

## CAPVT V.

B *Potentias eſſe vel natura, vel conſuetudine, vel diſciplina. naturales neceſſario reduci in actum: cùm actiuum & paſſiuum in debita ſunt vicinia: nihilque obſtat: rationales & liberas non ſic.*

Ἁπασῶν δὲ τῶν δυνάμεων οὐσῶν, τῶν μὲν συγγενῶν, οἷον τῶν αἰσθήσεων· τῶν δὲ ἔθει, οἷον τῆς τοῦ αὐλεῖν· τῶν δὲ μαθήσει, οἷον τῆς τῶν τεχνῶν. τὰς μὲν ἀνάγκη προενεργήσαντας ἔχειν, ὅσαι ἔθει καὶ λόγῳ· τὰς δὲ μὴ τοιαύτας, καὶ τὰς ἐπὶ τοῦ πάσχειν, οὐκ ἀνάγκη. ἐπεὶ δὲ τὸ δυνατὸν, τὶ δυνατὸν καὶ ποτὲ, καὶ πῶς, καὶ ὅσα ἄλλα ἀνάγκη προσεῖναι ἐν τῷ διορισμῷ· καὶ τὰ μὲν κατὰ λόγον δύναται κινεῖν, καὶ αἱ δυνάμεις αὐτῶν μετὰ λόγου, τὰ δὲ ἄλογα καὶ αἱ δυνάμεις ἄλογοι, κἀκείνας μὲν ἀνάγκη ἐν ἐμψύχῳ εἶναι, ταύτας δὲ ἐν ἀμφοῖν· τὰς μὲν τοιαύτας δυνάμεις ἀνάγκη, ὅταν ὡς δύνανται τὸ παθητικὸν καὶ τὸ ποιητικὸν πλησιάζωσι, τὸ μὲν ποιεῖν, τὸ δὲ πάσχειν· ἐκείνας δ' οὐκ ἀνάγκη. αὗται μὲν γὰρ πᾶσαι, μία ἑνὸς ποιητική· ἐκεῖναι δὲ, τῶν ἐναντίων. ὥστε ἅμα ποιήσει τὰ ἐναντία. τοῦτο δὲ ἀδύνατον. ἀνάγκη ἄρα ἕτερόν τι εἶναι τὸ κύριον. λέγω δὲ τοῦτο ὄρεξιν ἢ προαίρεσιν. ὁποτέρου γὰρ ἂν ὀρέγηται κυρίως, τοῦτο ποιήσει, ὅταν ὡς δύναται ὑπάρχῃ καὶ πλησιάζῃ τῷ παθητικῷ. ὥστε τὸ δυνατὸν κατὰ λόγον ἅπαν ἀνάγκη, ὅταν ὀρέγηται, οὗ τε ἔχει τὴν δύναμιν, καὶ ὡς ἔχει, τοῦτο ποιεῖν. ἔχει δὲ παρόντος τοῦ παθητικοῦ καὶ ὡδὶ ἔχοντος ποιεῖν. εἰ δὲ μὴ, ποιεῖν οὐ δυνήσεται. τὸ γὰρ μηθενὸς τῶν ἔξω κωλύοντος προσδιορίζεσθαι, οὐθὲν ἔτι δεῖ. τὴν γὰρ δύναμιν ἔχει, * ὡς ἔστι τοῦ δυνάμει ποιεῖν. ἔστι δ' οὐ πάντως, ἀλλ' ἐχόντων πῶς, ἐν οἷς ἀφορισθήσεται καὶ τὰ ἔξω κωλύοντα. ἀφαιρεῖται γὰρ ταῦτα τῶν ἐν τῷ διορισμῷ προσόντων ἔνια. διὸ οὐδ' ἐὰν ἅμα βούληται, ἢ ἐπιθυμῇ ποιεῖν, δύο ἢ τὰ ἐναντία, οὐ ποιήσει. οὐ γὰρ οὕτως ἔχει αὐτῶν ἅμα τὴν δύναμιν, οὐδ' ἔστι τοῦ ἅμα ποιεῖν ἡ δύναμις. ἐπεὶ ὧν ἐστιν, οὕτως ποιήσει.

Quid. interpp. *vt eſt potentia faciendi,* ὡς ἔστι ποιεῖν δύναμις. alii aliter.

CVm autem omnium potentiarum, quædam natura nobis inſitæ ſint, vt ſenſuum, quædam conſuetudine, vt tibiis canendi, quædam doctrina, vt artium: has quidem neceſſe eſt eos qui primò operati ſunt, habere, quæcumque ſcilicet conſuetudine & ratione: quæcumque verò non tales, ſed patiendi potentiæ ſunt, non eſt neceſſe. C Quoniam verò quod poteſt, aliquid poteſt, & aliquando, & aliquo modo, & quæcumque alia neceſſe eſt adeſſe in definitione, & quædam quidem ratione, poſſunt mouere, & potentiæ eorum cum ratione, quædam verò irrationalia, & potentiæ irrationales: & illas quidem neceſſe eſt in animato eſſe, has vero in ambobus: huiuſcemodi quidem potentias neceſſe eſt, vt cùm quoad poſſint actiuum & paſſiuum approximent, hoc quidem faciat, illud verò patiatur: illas vero non eſt neceſſe: hæ enim omnes, vna vnius factiua, illæ vero contrariorum. Quare ſimulne faciet contraria, D hoc verò impoſſibile eſt. Neceſſe eſt igitur, aliud quiddam eſſe, quod dominetur. Dico enim, ſiue appetitum, ſiue electionem. Quodcumque etiam appetat, principaliter hoc faciet, cùm quoad poſſit, proximet paſſiuo. Quare omne ſecundùm rationem potens, neceſſe eſt, vt cùm appetat id, cuius potentiam habet, & vti habet, hoc faciat. Habet autem paſſiuo præſente, & ſic ſe habente, facere: ſin minùs, facere non poterit. Nam illud, nullo extrinſecus prohibente, nihil opus eſt adiicere: potentiam E enim habet, vt eius quod eſt poteſtate faciendi. At non quomodocumque, ſed aliquo modo ſe habentibus, à quibus ſeparabuntur etiam extrinſecus prohibentia. Remouentur enim hæc eorum quædam quæ in definitione adſunt. Quare nec ſi ſimul velit, aut deſideret duo, aut contraria, facere, faciet: non enim ita potentiam eorum ſimul habet, nec eſt potentia ſimul faciendi: at quorum eſt, ita faciet.

A

## CAPVT VI.

*Quid ſit, & quale, actu eſſe, & potentia*

CVm autem de potentia, quæ ſecundùm motum dicitur, dictum ſit, de actu determinemus, quidnam actus, & quale quid ſit. Etenim poſſibile quoque ſimul manifeſtum erit, ſi diuiſerimus, quòd non ſolùm hoc dicimus poſſibile, B quod natura aptum ſit aliud mouere, aut moueri ab alio, aut ſimpliciter, aut quodam modo, ſed etiam aliter. Propter quod cùm inquiramus, de his etiam tractabimus. Eſt autem actu rem exiſtere, non ita quemadmodum dicimus poteſtate. Dicimus autem poteſtate, vt in ligno Mercurium, & in tota dimidiam, eo quòd auferri poſſit: & ſcientem etiam illum, qui non ſpeculatur, modò & ſpeculari poſſit. Eſt autem hoc actu, (manifeſtum autem quod dicere volumus, per inductionem in ſingularibus, & non oportet omnium definitio- C nem quærere, ſed etiam quod proportionale eſt, conſpicere,) quoniam vt ædificans ad ædificatiuum, & vigilans ad dormiens, & videns ad conniuens, habens tamen viſum, & ſegregatum à materia ad materiam, & elaboratum ad inelaboratum: huius autem differentiæ alteri parti actus applicatus ſit, alteri verò poſſibile. Dicuntur autem actu, non omnia ſimiliter, ſed proportionaliter, vt hoc in hoc, aut ad hoc: ita illud in illo, D aut ad illud. Quædam enim, vt motus ad potentiam: quædam vt ſubſtantia ad aliquam materiam. Aliter autem infinitum, & vacuum, & quæcumque huiuſcemodi, quàm pleraque entium potentia & actu dicuntur; vt quàm videns, ambulans, & viſum. Etenim hæc quidem contingunt, & ſimpliciter, & quandoque vera eſſe. Viſum enim, hoc quidem, quoniam videtur, hoc verò quoniam videri poſſibile eſt. Infinitum verò, non ita potentia E eſt, vt actu futurum ſeparatum, ſed cognitione. Etenim potentia eſſe hunc actum attribuunt diuiſioni, ne deficiat, non vt autem ſeparetur. [Cùm verò nulla earum actionum quarum eſt aliquod extremum, finis ſit, ſed ex eorum genere quæ circa finem verſantur: velut emaciandi ipſe finis eſt emaciatio: ipſa verò cùm emaciant, ita ſunt in motu, quippe quæ non ſint ea quorum gratia motus fit: hæc non ſunt actio, aut certè non perfecta. nec enim ea finis eſt,

## ΚΕΦΑΛ. ϛʹ.

Τί ἐστιν ἐνέργεια καὶ ποῖον.

ΕΠΕΙ δὲ περὶ τῆς κατὰ κίνησιν λεγομένης δυνάμεως εἴρηται, περὶ ἐνεργείας διορίσωμεν, τί τέ ἐστιν ἡ ἐνέργεια, καὶ ποῖόν τι. καὶ γὰρ τὸ δυνατὸν, ἅμα δῆλον B ἔσται διαιροῦσιν, ὅτι οὐ μόνον τοῦτο λέγομεν δυνατὸν, ὃ πέφυκε κινεῖν ἄλλο, ἢ κινεῖσθαι ὑπ' ἄλλου, ἢ ἁπλῶς, ἢ τρόπον τινὰ, ἀλλὰ καὶ ἑτέρως. διὸ ζητοῦντες καὶ περὶ τούτων διήλθομεν. * ἔστι δὴ ἡ ἐνέργεια τὸ ὑπάρχειν τὸ πρᾶγμα, μὴ οὕτως ὥσπερ λέγομεν δυνάμει. λέγομεν δὲ δυνάμει, οἷον, ἐν τῷ ξύλῳ Ἑρμῆν, καὶ ἐν τῇ ὅλῃ τὴν ἡμίσειαν, ὅτε ἀφαιρεθείη ἄν· καὶ ἐπιστήμονα καὶ τὸν μὴ θεωροῦντα, * ἐὰν δυνατὸς ᾖ θεωρῆσαι· τὸ δὲ ἐνεργείᾳ. (δῆλον δὴ ἐπὶ τῶν καθ' ἕκαστα τῇ C ἐπαγωγῇ ὃ βουλόμεθα λέγειν, καὶ οὐ δεῖ παντὸς ὅρον ζητεῖν, ἀλλὰ καὶ τὸ ἀνάλογον συνορᾶν.) ὅτι ὡς τὸ οἰκοδομοῦν πρὸς τὸ οἰκοδομικόν· καὶ τὸ ἐγρηγορὸς, πρὸς τὸ καθεῦδον· καὶ τὸ ὁρῶν, πρὸς τὸ μῦον μὲν, ὄψιν δὲ ἔχον· καὶ τὸ ἀποκεκριμένον ἐκ τῆς ὕλης, πρὸς τὴν ὕλην· καὶ τὸ ἀπειργασμένον, πρὸς τὸ ἀνέργαστον. ταύτης δὲ τῆς διαφορᾶς θάτερον μόριον, ἔστω ἡ ἐνέργεια ἀφωρισμένη, θατέρῳ δὲ τὸ δυνατόν. λέγεται δὲ ἐνεργείᾳ, οὐ πάντα D ὁμοίως, ἀλλ' ἢ τὸ ἀνάλογον, ὡς τοῦτο ἐν τούτῳ, ἢ πρὸς τοῦτο. τὸ δὴ ἐν τῷδε, ἢ πρὸς τόδε. τὰ μὲν γὰρ ὡς κίνησις πρὸς δύναμιν, τὰ δὴ ὡς οὐσία πρός τινα ὕλην. * ἄλλως δὲ τὸ ἄπειρον καὶ κενὸν, καὶ ὅσα τοιαῦτα λέγεται καὶ δυνάμει καὶ ἐνεργείᾳ πολλοῖς τῶν ὄντων, οἷον τῷ ὁρῶντι καὶ βαδίζοντι, καὶ ὁρωμένῳ. ταῦτα μὲν γὰρ ἐνδέχεται καὶ ἁπλῶς, καὶ ἀληθεύεσθαί ποτε. τὸ μὲν γὰρ ὁρώμενον, ὅτι E ὁρᾶται, τὸ δ', ὅτι ὁρᾶσθαι δυνατόν. τὸ δὲ ἄπειρον οὐχ οὕτω δυνάμει ἐστὶν, ὡς ἐνεργείᾳ ἐσόμενον χωριστὸν, ἀλλὰ γνώσει. τῷ γὰρ μὴ ὑπολείπειν τὴν διαίρεσιν, ἀποδίδωσι τὸ εἶναι δυνάμει ταύτην τὴν ἐνέργειαν, τῷ δὲ χωρίζεσθαι, οὔ. [* ἐπεὶ δὲ τῶν πράξεων ὧν ἐστι πέρας, οὐδεμία τέλος, ἀλλὰ τῶν περὶ τὸ τέλος· οἷον τὸ ἰσχναίνειν, ἡ ἰσχνασία αὐτό· αὐτὰ δὲ ὅταν ἰσχναίνῃ, οὕτως ἐστὶν ἐν κινήσει, μὴ ὑπάρχοντα ὧν ἕνεκα ἡ κίνησις, οὐκ ἔστι ταῦτα πρᾶξις, ἢ οὐ τελεία γε. οὐ γὰρ τέλος,

Beſſ. ἐπὶ ἐνεργείᾳ ὑπ. Vide Alex.

Sic legitur in melioribus cod. hic locus qui vulgò edebatur corruptiſſimè, ob non animaduerſum longum hyperbatum.

Locus non eſt ſanus: Geneſius Sepulueda aliam lectionem ſecutus, ſic vertit: *Atqui alio modo & infinitum ipſum, & vacuum, & quæ ſunt iſtiuſmodi, potentia atque actu dicuntur: & alio modo cō- plura eorum quæ ſunt, vt videns & ambulans, & quod videtur.* vide Alexand.

Incluſa non agnoſcuntur ab vllo, quod ſ..iam,

veterum interpretum Latinorũ: nec Alexand. in Comm. ſuis vllã eorum mentionem fecit. Extant tamen in mſſ.

ἀλλ' ἐκείνη ἐνυπάρχει τὸ τέλος καὶ ἡ πρᾶξις· οἷον ὁρᾷ, ἀλλὰ καὶ φρονεῖ καὶ νοεῖ, καὶ νενόηκεν, ἀλλ' οὐ μανθάνει, καὶ μεμάθηκεν. οὐδ' ὑγιάζεται, καὶ ὑγίασται. εὖ ζῇ, καὶ εὖ ἔζηκεν· ἀλλὰ καὶ εὐδαιμονεῖ καὶ εὐδαιμόνηκεν. εἰ δὲ μή, ἔδει ἄν ποτε παύεσθαι, ὥσπερ ὅταν ἰσχναίνῃ. νῦν δ' οὔ, ἀλλὰ ζῇ καὶ ἔζηκε. τούτων δὴ τὰς μὲν κινήσεις λέγειν, τὰς δ' ἐνεργείας. πᾶσα γὰρ κίνησις ἀτελής, ἰσχνασία, μάθησις, βάδισις, οἰκοδόμησις. αὗται δὲ κινήσεις, καὶ ἀτελεῖς γε. οὐ γὰρ ἅμα βαδίζει καὶ βεβάδικεν, οὐδ' οἰκοδομεῖ καὶ ᾠκοδόμηκεν, οὐδὲ γίγνεται καὶ γέγονεν, ἢ κινεῖται καὶ κεκίνηκεν. ἀλλ' ἕτερον καὶ κινεῖ καὶ κινεῖται. ἑώρακε δὲ καὶ ὁρᾷ ἅμα τὸ αὐτό, καὶ νοεῖ καὶ νενόηκε. τὴν μὲν οὖν τοιαύτην ἐνέργειαν λέγω, ἐκείνην δὲ κίνησιν.] τὸ μὲν οὖν ἐνεργείᾳ τί τε ἐστὶ καὶ ποῖον, ἐκ τούτων καὶ τῶν τοιούτων δῆλον ἡμῖν ἔστω.

Legenda ſynopſis Guill. Duvallii in hoc caput.

A

ſed in illa ineſt finis & actio : veluti videt, ſed & ſapit, & intelligit atque intellexit, ſed non diſcit & didicit, neque ſanatur & ſanatus eſt, bene viuit & bene vixit, ſed & beatè viuit & beatè vixit. ſin minùs, oporteret aliquando ceſſare, ſicuti cùm emaciat. nunc verò non, ſed viuit & vixit. Harum igitur quædam Motus dicendæ ; quædam Actus.

B

Omnis enim motus imperfectus eſt, emaciatio, diſciplina, ambulatio, ædificatio. Hæ verò ſunt Motus, & quidem imperfecti. non enim ſimul ambulat & ambulauit, neque ædificat & ædificauit, neque fit & factus eſt, aut mouetur & motus eſt, ſed aliud & mouet & mouetur : at ſimul idem & vidit & videt, & intelligit & intellexit. Talem igitur actionem, Actum dico, illam verò, Motum.] Quidnam igitur, & quale quid ſit, quod actu eſt, & his, & huiuſmodi, manifeſtum nobis ſit.

C

## ΚΕΦΑΛ. ζ.

Πότε δυνάμει ἐστὶν ἕκαστον καὶ πότε οὔ.

Πότε δὲ δυνάμει ἐστὶν ἕκαστον, καὶ πότε οὔ, διοριστέον. οὐ γὰρ ὁποτεοῦν· οἷον ἡ γῆ, ἆρ' ἐστὶ δυνάμει ἄνθρωπος ἢ οὔ; ἀλλὰ μᾶλλον ὅταν ἤδη γένηται σπέρμα, καὶ οὐδὲ * τοῦτο ποῦ ἴσως. ὥσπερ οὖν οὐδὲ ὑπὸ ἰατρικῆς, ἅπαντ' ἂν ὑγιασθείη, οὐδ' ἀπὸ τύχης, ἀλλ' ἔστι τι ὃ δυνατόν ἐστι, καὶ τοῦτ' ἐστὶν ὑγιαῖνον δυνάμει· ὅρος δὲ τοῦ μὲν ὑπὸ διανοίας ἐντελεχείᾳ γιγνομένου, ἐκ τοῦ δυνάμει ὄντος, ὅταν βουληθέντος γίγνηται μηθενὸς κωλύοντος τῶν ἐκτός. ἐκεῖ δ' ἐν τῷ ὑγιαζομένῳ, ὅταν μηθὲν κωλύῃ τῶν ἐν αὐτῷ. ὁμοίως δὲ δυνάμει καὶ οἰκία, εἰ μηθὲν κωλύει τῶν ἐν τούτῳ καὶ τῇ ὕλῃ τοῦ γίγνεσθαι οἰκίαν· οὐδ' ἔστιν ὃ δεῖ προσγενέσθαι ἢ ἀπογενέσθαι, ἢ μεταβαλεῖν, τοῦτο δυνάμει οἰκία. καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ὡσαύτως, ὅσων ἔξωθεν ἡ ἀρχὴ τῆς γενέσεως, καὶ ὅσων δὴ ἐν αὐτῷ τῷ ἔχοντι, ὅσα μηθενὸς τῶν ἔξωθεν ἐμποδίζοντος ἔσται δι' αὐτοῦ· οἷον, τὸ σπέρμα οὔπω· δεῖ γὰρ ἐν ἄλλῳ * καὶ μεταβάλλειν. ὅταν δ' ἤδη διὰ τῆς αὐτοῦ ἀρχῆς ᾖ τοιοῦτον, ἤδη τοῦτο δυνάμει. ἐκεῖνο δὲ ἑτέρας ἀρχῆς δεῖται, ὥσπερ ἡ γῆ, οὔπω ἀνδριὰς δυνάμει. μεταβαλοῦσα γὰρ ἔσται χαλκός. ἔοικε γὰρ ὃ λέγομεν εἶναι οὐ τόδε, ἀλλ' ἐκείνινον· οἷον τὸ κιβώτιον, οὐ ξύλον. ἀλλὰ ξύλινον· οὐδὲ τὸ ξύλον γῆ, ἀλλὰ γήϊνον. πάλιν ἡ γῆ, εἰ οὕτως μὴ

Scribe, | πῶ που ἴσ.

γε. τῷ ἐμ.

## CAPVT VII.

*Quando aliquid potentia eſſe dici poſſit, aut non.*

QVando autem potentia vnumquodque eſt, & quando non, determinandum eſt. Non enim quandocunque : vtputa, terrane homo eſt potentia, aut non, ſed magis cùm iam fuerit ſperma ? nec hoc adhuc fortaſſis : quemadmodum necà medicina quodcunque vtique ſanetur, necà fortuna, ſed aliquid eſt quod poſſibile eſt : & hoc, potentia ſanum.

D

Determinatio verò eius quod potentia ens eſt, cùm à mente actu fit, eſt, quando quod vult fiat, nullo eorum quæ extrinſecus ſunt, prohibente. Ibi autem in eo qui ſanatur, eſt, cùm nihil eorum quæ in eo ſunt, prohibeat. ſimiliter autem & domus potentia, ſi nihil eorum quæ in ea re, & in materia ſunt, vt domus fiat, prohibeat, nec eſt, quod aut addatur, aut tollatur, aut mutetur, hoc eſt potentia domus. Similiter autem de cæteris, quorum extrinſecus genera-

E

tionis principium, & quorum in habente ipſo, quæcunque nullo exteriori prohibente per ſe ipſa erunt : quale ſperma nondum eſt. Oportet namque in alio eſſe, & tranſmutari. cùm autem iam per ſuum principium tale fuerit, hoc iam potentia eſt, illud verò altero principio indiget. Quemadmodum terra, nondum eſt potentia ſtatua : tranſmutata namque, æs erit. Videtur autem eſſe, quod dicimus, non hoc, ſed illiuſmodi : vt arca, non lignum, ſed lignea : neque lignum terra, ſed terreum. Rurſus terra, ſi ſic, non aliud,

A Adhuc autem ſimiliter in omnibus neceſſe eſt ſe habere. Dicuntur autem æqualiter, ens & vnum. Quare cùm in qualitatibus ſit aliquid ipſum vnum, & aliqua natura, ſimiliter autem & in quantitatibus: manifeſtum eſt, quòd omnino quærendum eſt, quidnam vnum ſit, ſicuti quid ens, tanquam non ſufficiens ſit, quòd hoc ipſum eius natura ſit. At verò in coloribus, eſt vnus color, vtputa, album: deinde alii ex hoc & nigro fieri videntur. Nigrum autem, priuatio albi eſt, ſicuti tenebræ lucis: hæ autem, lucis priuatio ſunt. B Quare ſi entia colores eſſent, aliquis profectò numerus entia eſſent, ſed quorum? patet quòd colorum: & ipſum vnum eſſet vtique aliquid vnum, vtputa album. Similiter ſi entia modulationes eſſent, numerus eſſent profectò, attamen dieſeos: & non eſſet numerus ſubſtantia, & eorum non ipſum vnum eſſet aliquid, cuius ſubſtantia non ipſum vnum, ſed dieſis. Similiter autem & in ſonis elementorum eſſent entia profectò numerus, & ipſum vnum elementum vocale: & ſi figuræ linearum rectarum, figurarum profectò numerus eſſent, & ipſum vnum, triangulum. C Eadem verò ratio & in cæteris generibus eſt. Quare ſi cùm in paſſionibus, qualitatibus, quantitatibus, ac in motu numeri ſint, & vnum quoddam in omnibus, & ipſe numerus aliquorum ſit, & ipſum vnum aliquid vnum, non autem hoc ipſum ſubſtantia eius ſit, neceſſe eſt vt etiam in ſubſtantiis ſic ſe habeat. Similiter namque in omnibus ſe habet. Quod igitur in omni genere ipſum vnum aliqua natura eſt, & quod nullius hoc ipſum natura eſt, patet. Quemadmodum enim in coloribus ipſum vnum vnus color quærendus eſt, ita in ſubſtantia vna ſubſtantia ipſum vnum. D Quod autem idem quodam modo ſignificat vnum & ens, patet etiam ex eo quòd æqualiter ſequitur prædicamenta, & in nullo eſt, nec in quid eſt, nec in quale, ſed ſimiliter ſe habet ſicuti ens, & ex eo, quòd in prædicatione vnus homo, non addit aliquid aliud quàm homo, ſic vt nec ipſum eſſe præter quid eſt: E aut quale, aut quantum: & vni eſſe, eſt vnicuique eſſe.

## ΚΕΦΑΛ. γ'.

*Ποσαχῶς ἀντίκειται τὸ ἓν καὶ τὰ πολλά· ἔτι τὸ ἕτερον καὶ τὸ ἀνόμοιον.*

ΑΝΤΙΚΕΙΤΑΙ δὲ τὸ ἓν καὶ τὰ πολλὰ κατὰ πλείους τρόπους, ὧν ἕνα τὸ ἓν καὶ τὸ πλῆθος ὡς ἀδιαίρετον καὶ διαιρετόν. τὸ μὲν γὰρ ἢ διῃρημένον, ἢ διαιρετόν,

## CAPVT III.

*Quot modis opponantur vnum & multa: itemque diuerſum & diſſimile.*

OPponuntur autem vnum & multa multis modis: quorum vno vnum & multitudo, vt indiuiſibile, & diuiſibile: quod enim aut diuiſum aut diuiſibile eſt,

multitudo quædam dicitur: quod verò indiuiſibile, aut non diuiſum, vnum. Cùm autem oppoſitiones quatuor ſint modis, & horum alius ſecundùm priuationem dicatur, contraria erunt profectò, & neque vt contradictio, nec vt ea quæ ad aliquid dicuntur. Dicitur autem ex contrario ipſum vnũ, & ſignificatur ex diuiſibili indiuiſibile, eo quòd magis multitudo & diuiſibile ſẽſibile eſt. Quare multitudo, ratione prior, quàm indiuiſibile, propter ſenſum eſt. Item, vnius quidem eſt, (quemadmodum & in diuiſione contrariorum deſcripſimus) idem, ſimile, & æquale: multitudinis verò, diuerſum, diſſimile, & inæquale eſt. Cùm autem idem multipliciter dicatur, vno quidem modo ſecundùm numerum, quod quandoque dicimus ipſum: hoc verò ſi ratione & numero vnum ſit: vtputa, tu tibi ipſi & ſpecie & materia vnum. Item, ſi primæ ſubſtantiæ ratio vna ſit: vt æquales lineæ rectæ, eædem, & æqualia, & æqualium angulorum quadrata, tametſi plura ſint: æqualitas tamen in eis eſt vnitas. Similia verò ſi cùm non ſint eadem ſimpliciter, nec ſecundùm ſubſtantiam ſubiectam indifferentia, ſecundùm ſpeciem eadem ſint: quemadmodum maius quadratum minori ſimile eſt, & lineæ inæquales. hæ enim ſimiles quidem, verùm non eædem ſimpliciter ſunt. Quædam verò, ſi cum eandem ſpeciem habeant, in quibus magis & minus fit, neque magis, neque minus ſit. Quędam autem ſi eadem & vna ſpecie paſſio ſit: vt valde album & minus, ſimilia eſſe aiunt, quia vna ſpecies eorum eſt. Quædam verò ſi plura habet eadem, quàm diuerſa, aut ſimpliciter, aut quæ in promptu ſunt: vt ſtannum, argento, quàm auro: aurum verò igni, prout flauus & rufus eſt. Quare manifeſtum eſt, quòd diuerſum & diſſimile multipliciter dicuntur, aliudque & idem, oppoſitè. Vnde omne ad omne, aut idem aut aliud eſt. Hoc verò, niſi ſit & materia, & ratio vna: quare tu & propinquus, diuerſum: tertium autem ſicuti illa, quę in mathematicis ſunt. Diuerſum igitur, aut idem ideo omne ad omne dicitur, quod quæque vnum & ens dicuntur: non eſt enim contradictio ipſius eiuſdem. Quare non dicitur de non entibus, (at non idem dicitur,) ſed de omnibus entibus. Aut enim vnum, aut non vnum, natura aptum ens, & vnum eſſe. Diuerſum igitur, & idem, ita opponũtur: differẽtia verò, & diuerſitas, aliud eſt. Diuerſum namque & illud, à quo diuerſum, non eſt neceſſe aliquo eſſe diuerſum. Omne etenim quodcunque ſit ens, aut idem, aut diuerſum eſt. Differens verò ab aliquo, aliquo differens eſt. Quare neceſſe eſt aliquid idem eſſe, quo differunt: hoc verò idem, aut genus, aut ſpecies eſt.

A πλῆθος τι λέγεται, τὸ δ' ἀδιαίρετον ἢ μὴ διῃρημένον, ἕν. ἐπεὶ οὖν αἱ ἀντιθέσεις τετραχῶς, καὶ τούτων κατὰ στέρησιν λέγεται θάτερον, * ἐναντίον ἂν εἴη, καὶ οὔτε ὡς ἀντίφασις, οὔτε ὡς τὰ πρός τι λεγόμενα. λέγεται δὲ ἐκ τοῦ ἐναντίου, καὶ δηλοῦται τὸ ἓν, ἐκ τοῦ διαιρετοῦ τὸ ἀδιαίρετον, διὰ τὸ μᾶλλον αἰσθητὸν τὸ πλῆθος εἶναι, καὶ τὸ διαιρετὸν .. ἢ τὸ ἀδιαίρετον.] ὥστε τῷ λόγῳ πρότερον τὸ πλῆθος τοῦ ἀδιαιρέτου διὰ τὴν αἴσθησιν. *ἔστι δὲ τοῦ μὲν ἑνὸς, ὥσπερ καὶ ἐν τῇ διαιρέσει
B τῶν ἐναντίων διεγράψαμεν, τὸ αὐτὸ, καὶ ὅμοιον, καὶ ἴσον· τοῦ δὲ πλήθους τὸ ἕτερον, καὶ ἀνόμοιον, καὶ ἄνισον. λεγομένου δὲ ταὐτοῦ πολλαχῶς, καὶ ἕνα μὲν τρόπον κατ' ἀριθμὸν, ὃ λέγομεν ἐνίοτε αὐτό. τοῦτο δὲ, ἂν καὶ λόγῳ καὶ ἀριθμῷ ἓν ᾖ, οἷον σὺ σαυτῷ, καὶ τῷ εἴδει καὶ τῇ ὕλῃ ἕν. ἔτι δὲ, ἂν ὁ λόγος ὁ τῆς πρώτης οὐσίας εἷς ᾖ, οἷον αἱ ἴσαι γραμμαὶ εὐθεῖαι αἱ αὐταὶ, καὶ τὰ ἴσα καὶ τὰ ἰσογώνια τετράγωνα, καίτοι πλείω. ἀλλ' ἐν τού-
C τοις ἡ ἰσότης, ἑνότης. ὅμοια δὲ, ἐὰν μὴ ταὐτὰ ἁπλῶς ὄντα, μηδὲ κατὰ τὴν οὐσίαν ἀδιάφορα τὴν ὑποκειμένην, κατὰ τὸ εἶδος ταὐτὰ ᾖ, οἷον τὸ μεῖζον τετράγωνον, τῷ μικρῷ ὅμοιον, καὶ αἱ ἄνισοι εὐθεῖαι. αὗται γὰρ ὅμοιαι μὲν, αἱ αὐταὶ δ' ἁπλῶς, οὔ. τὰ δὲ, ἐὰν τὸ αὐτὸ εἶδος ἔχοντα ἐν οἷς τὸ μᾶλλον καὶ ἧττον ἐγγίνεται, μήτε μᾶλλον ᾖ, μήτε ἧττον. τὰ δὲ, ἐὰν ᾖ τὸ αὐτὸ πάθος καὶ ἓν τῷ εἴδει, οἷον τὸ λευκὸν σφόδρα καὶ ἧττον, ὅμοιά φασιν εἶναι, ὅτι ἓν τὸ εἶδος αὐτῶν. τὰ δὲ ἂν
D πλείω ἔχῃ ταὐτὰ ἢ ἕτερα, ἢ ἁπλῶς, ἢ τὰ πρόχειρα· οἷον, καττίτερος ἀργύρῳ, ἢ χρυσῷ· χρυσὸς δὲ πυρὶ, ᾗ ξανθὸν καὶ πυρρόν. ὥστε δῆλον ὅτι καὶ τὸ ἕτερον καὶ τὸ ἀνόμοιον πολλαχῶς λέγεται· καὶ τὸ μὲν ἄλλο ἀντικειμένως καὶ τὸ ταὐτό. διὸ πᾶν πρὸς ἅπαν, ἢ ταὐτὸ, ἢ ἄλλο. τὸ δὲ, ἐὰν μὴ καὶ ἡ ὕλη καὶ ὁ λόγος εἷς. διὸ σὺ * καὶ ὁ πλησίον ἕτερον. τὸ δὲ τρίτον, ὡς τὰ ἐν τοῖς μαθηματικοῖς. τὸ μὲν οὖν ἕτερον, ἢ ταὐτὸ, διὰ τοῦτο πᾶν πρὸς πᾶν λέγεται, ὅσα
E λέγεται ἓν καὶ ὄν. οὐ γὰρ ἀντίφασίς ἐστι τοῦ ταὐτοῦ· διὸ οὐ λέγεται ἐπὶ τῶν μὴ ὄντων, (τὸ δὲ μὴ ταὐτὸ λέγεται,) ἐπὶ δὲ τῶν ὄντων πάντων. ἢ γὰρ ἓν, ἢ οὐχ ἓν πεφυκὸς ὂν καὶ ἕν. τὸ μὲν οὖν ἕτερον καὶ ταὐτὸν, οὕτως ἀντίκειται. διαφορὰ δὲ καὶ ἑτερότης, ἄλλο. τὸ μὲν γὰρ ἕτερον, καὶ οὗ ἕτερον, οὐκ ἀνάγκη εἶναι τινὶ ἕτερον. πᾶν γὰρ ἢ ἕτερον, ἢ ταὐτὸ, ὅ,τι ἂν ᾖ ὄν. τὸ δὲ διάφορον τινὸς, τινὶ διάφορον. ὥστε ἀνάγκη ταὐτό τι εἶναι, ᾧ διαφέρουσι. τοῦτο δὲ τὸ αὐτὸ γένος ἢ εἶδος,

γρ. ἐναντία

βελτ. ἑνὸς ἢ μ.

Scribe, ὁ πλησίον

πᾶν γὰρ τὸ διαφέρον διαφέρει, ἢ γένει, ἢ εἴδει. γένει μὲν, ὧν μή ἐστι κοινὴ ἡ ὕλη, μηδὲ γένεσις εἰς ἄλληλα· οἷον ὅσων ἄλλο σχῆμα τῆς κατηγορίας· εἴδει δὲ, ὧν τὸ αὐτὸ γένος. λέγεται δὲ γένος, * ὃ ἄμφω τὸ αὐτὸ λέγονται κατὰ τὴν οὐσίαν τὰ διάφορα. * τὰ δ' ἐναντία, καὶ ἡ ἐναντίωσις διαφορά τις. ὅτι δὲ καλῶς τοῦτο ὑποτιθέμεθα, δῆλον ἐκ τῆς ἐπαγωγῆς. B πάντα γὰρ διαφέροντά τε φαίνεται καὶ οὐ μόνον ἕτερα ὄντα, ἀλλὰ τὰ μὲν τὸ γένος, ἕτερα· τὰ δ' ἐν τῇ αὐτῇ συστοιχίᾳ τῆς κατηγορίας. ὥστ' ἐν ταὐτῷ γένει καὶ ταὐτὰ τῷ εἴδει. διώρισται δ' ἐν ἄλλοις ποῖα τῷ γένει ταὐτὰ, ἢ ἕτερα.

γρ. ὧ ἄμφω
γρ. τὰ δ' ἐν. ἡ διαφορὰ, καὶ ἡ ἐναντ.

A Omne namque differens, aut genere aut ſpecie differt. Genere, quorum non eſt communis materia, neque mutua generatio: vtputa, quorum alia prædicationis figura eſt. Specie verò, quorum idem genus. Dicitur autem genus, quo ambo, quæ differunt, ſecundùm ſubſtantiam idem dicuntur. Contraria verò, differentia, & contrarietas quædam differentia eſt. Quod autem rectè ſupponimus, ex inductione patet. Cuncta enim differre videntur, & non ſolùm diuerſa eſſe, ſed quædam ſecundùm genus diuerſa, quædam in eadem prædicationis coordinatione. Quare & quæ eadem ſpecie, in eodem genere ſunt. Determinatum autem in aliis eſt, quæ eadem aut diuerſa genere ſunt.

## ΚΕΦΑΛ. δ'.

### Περὶ ἐναντιότητος.

C ΕΠΕΙ δὲ διαφέρειν ἐνδέχεται ἀλλήλων τὰ διαφέροντα πλεῖον καὶ ἔλαττον, ἔστι τις καὶ μεγίστη διαφορὰ, καὶ ταύτην λέγω ἐναντίωσιν. ὅτι δ' ἡ μεγίστη διαφορὰ, δῆλον ἐκ τῆς ἐπαγωγῆς. τὰ μὲν γὰρ γένει διαφέροντα, οὐκ ἔχει ὁδὸν εἰς ἄλληλα, ἀλλὰ ἀπέχει πλέον, καὶ ἀσύμβλητα. τοῖς δ' εἴδει διαφέρουσιν αἱ γενέσεις ἐκ τῶν ἐναντίων εἰσὶν ὡς ἐσχάτων. τὸ δὲ ἔσχατον διάστημα, μέγιστον. ὥστε καὶ τὸ τῶν ἐναντίων. ἀλλὰ μὴν τόγε μέγιστον ἐν ἑκάστῳ γένει τέλειον. D μέγιστον μὲν γὰρ, οὗ μή ἐστιν ὑπερβολή· καὶ τέλειον, οὗ μή ἐστιν ἔξω τέλειον λαβεῖν τι δυνατόν. τέλος γὰρ ἔχει ἡ τελεία διαφορὰ, ὥσπερ καὶ τἆλλα τῷ τέλος ἔχειν λέγεται τέλεια. τοῦ δὲ τέλους, οὐδὲν ἔξω. ἔσχατον γὰρ ἐν παντὶ, καὶ περιέχει. διὸ οὐδὲν ἔξω τοῦ τέλους· οὐδὲ προσδεῖται οὐδενὸς τὸ τέλειον. ὅτι μὲν οὖν ἡ ἐναντιότης ἐστὶ διαφορὰ τέλειος, * ἐκ τούτου δῆλον. πολλαχῶς δὲ λεγομένων τῶν ἐναντίων, ἀκολουθήσει τὸ τελείως οὕτως, ὡς ἂν καὶ τὸ ἐναντίοις εἶναι ὑπάρχοι αὐτοῖς. τούτων δὲ ὄντων, φανερὸν ὅτι οὐκ ἐνδέχεται ἑνὶ πλείω ἐναντία εἶναι. οὔτε γὰρ τοῦ ἐσχάτου ἐσχατώτερον εἴη ἄν τι, οὔτε τοῦ ἑνὸς * διαστήματος πλείω δυοῖν ἔσχατα. ὅλως τε εἰ ἔστιν ἡ ἐναντιότης διαφορὰ, ἡ δὲ διαφορὰ δυοῖν· * ὥστε καὶ ἡ τέλειος. ἀνάγκη δὲ καὶ τοὺς ἄλλους ὅρους ἀληθεῖς εἶναι τῶν ἐναντίων. καὶ γὰρ πλεῖστον διαφέρει ἡ τέλειος διαφορά. τῶν τε γὰρ γένει διαφερόντων, * οὐκ ἔστιν ἐξωτέρω λαβεῖν, καὶ τῶν εἴδει, δέδεικται·

κ. ἐκ τούτων

Vulgò, διαστήματα
γρ. ἔσται καὶ ἡ τ. δυοῖν

Beſſ. in t. Aliĩ interpp.

## CAPVT IV.

### *De contrarietate.*

CVm autem contingat inuicem differre, quæ differunt, & plus & minus, eſt etiam quædam maxima differentia: & hanc dico contrarietatem. Quòd autem maxima differentia eſt, manifeſtum eſt ex inductione. Quæ enim genere differunt, non habent ad ſe mutuò viam, ſed plus diſtant, & non conueniunt: illis verò, quæ ſpecie differunt, generationes ex contrariis tanquam ex vltimis ſunt. Diſtantia verò vltimorum, maxima eſt: quare etiam contrariorum. Atqui quod maximum eſt in quoque genere, perfectum eſt. Etenim maximum eſt, cuius non eſt exceſſus. Perfectum verò, extra quod non eſt poſſibile aliquid habere. Finem namque habet perfecta differentia. Quemadmodum cætera perfecta dicuntur, eo quòd habeant finem. Extra finem autem nihil eſt. Vltimum enim in re omni eſt, & continet. Quare, nihil extra finem eſt, nec indiget aliquo, quod perfectum eſt. Quòd igitur contrarietas, eſt differentia perfecta, ex his patet. Cùm autem multipliciter dicantur contraria, ita perfectum ſequitur, ſicuti eis ineſt eſſe contrariis. His autem exiſtentibus, patet quòd non contingit, vni plura contraria eſſe. Nec enim vltimo vlterius aliquid erit: nec vnius diſtantiæ plura, quàm duo vltima. Et omnino ſi contrarietas differentia eſt, differentia verò duorum eſt, ergo & ipſa perfecta. Neceſſe autem alias contrariorum definitiones veras eſſe. Etenim plurimum differt perfecta differentia. Namque non eſſe aliquid ſumendum extra ea quæ & genere differunt, & ſpecie, oſtenſum eſt:

quia ad ea quæ extra genus ſunt, non eſt differentia. Horum autem, hæc maxima eſt. Et quæ in eodem genere plurimùm differunt, contraria ſunt. Maxima enim horum differentia eſt, quæ perfecta eſt. Et quæ in eodem ſuſceptiuo plurimùm differunt, contraria ſunt. Materia enim eadem contrariis. Et quæ ſub eadem potentia, plurimùm differunt. Etenim ſcientia circa vnum eorum genus, vna, in quibus perfecta differentia, maxima eſt. Prima verò contrarietas, habitus & priuatio eſt: non tamen omnis priuatio, (multipliciter enim priuatio dicitur,) ſed quæcunque perfecta ſit. Cætera verò contraria ſecundùm hæc dicentur: quædam eo quòd habeant: quædam eo quòd faciant, aut factiua ſint: quædam eo quòd accipiant, abiiciant hæc, aut alia contraria. Si opponuntur itaque contradictio, priuatio, contrarietas, & ad aliquid; horum autem primum contradictio; contradictionis verò nihil medium eſt, contrariorum autem contingit: patet quòd non idem eſt contradictio, & contraria. Priuatio verò, quædam contradictio eſt. Aut enim, quod omnino impoſſibile eſt habere: aut quod cùm natura aptum habere ſit, non habeat, priuatum eſt, aut totaliter, aut modo quodam determinatum. Multipliciter enim hoc, (vt in aliis diuiſum à nobis eſt,) dicimus. Quare priuatio, quædam contradictio eſt, aut impoſſibilitas determinata, ſiue ſimul accepta cum ſuſceptiuo. Ideo contradictionis quidem non eſt medium, ſed priuationis alicuius eſt. Omne enim aut ęquale, aut non æquale: æquale verò, aut inæquale, non omne, niſi ſolùm in ſuſceptiuo ęqualitatis. Si itaque generationes ipſi materiæ ex contrariis, fiunt autem aut ex ſpecie, & habitu ſpeciei, aut ex aliqua priuatione ſpeciei, & formæ: patet quòd omnis quidem contrarietas, priuatio eſt: priuatio verò non omnis fortaſſe contrarietas eſt. Cauſa verò eſt, quia multipliciter priuari contingit, quod priuatum eſt. A quibus enim vltimis transmutationes, hæc contraria ſunt. Hoc autem & per inductionẽ manifeſtum eſt. Omnis namque contrarietas habet alterius contrariorum priuationem, verùm non omnia ſimiliter. Inæqualitas enim, æqualitatis: diſſimilitudo verò, ſimilitudinis: vitium autem, virtutis. Differt autem, vt dictum eſt. Etenim hoc quidem, ſi ſolùm priuatum ſit: hoc verò, ſi ſit aliquando, aut in aliquo, vtputa in aliqua ætate, aut in principali, aut omnino. Ideo, horum quidem eſt aliquid medium: & eſt, nec bonus homo, nec malus. Illorum verò non eſt, ſed neceſſe eſt eſſe parem vel imparem. Præterea, quædam habẽt ſubiectum determinatum, quædam non. Quare manifeſtum eſt, quòd ſemper alterum contrariorum, ſecundùm

A ὅτι πρὸς τὰ ἔξω τοῦ γένους οὐκ ἔστι διαφορά· τούτων δ' αὕτη μεγίστη· καὶ τὰ ἐν τῷ αὐτῷ γένει πλεῖστον διαφέροντα τἀναντία. μεγίστη γὰρ διαφορὰ τούτων ἡ τέλειος. καὶ τὰ ἐν τῷ αὐτῷ δεκτικῷ πλεῖστον διαφέροντα ἐναντία. ἡ γὰρ ὕλη ἡ αὐτὴ τοῖς ἐναντίοις· καὶ τὰ ὑπὸ τὴν αὐτὴν δύναμιν πλεῖστον διαφέροντα. καὶ γὰρ ἡ ἐπιστήμη περὶ ἓν γένος ἡ μία, ἐν οἷς ἡ τελεία διαφορὰ μεγίστη. Πρώτη δὲ ἐναντίωσις, ἕξις B καὶ στέρησίς ἐστιν· οὐ πᾶσα δὲ στέρησις· (πολλαχῶς γὰρ λέγεται ἡ στέρησις·) ἀλλ' ἥτις ἂν τελεία ᾖ. τὰ δ' ἄλλα ἐναντία, κατὰ ταῦτα λεχθήσεται, τὰ μὲν τῷ ἔχειν, τὰ δὲ τῷ ποιεῖν ἢ ποιητικὰ εἶναι, τὰ δὲ τῷ λείψεις εἶναι καὶ ἀποβολαὶ τούτων, ἢ ἄλλων ἐναντίων. Εἰ δὴ ἀντίκειται μὲν ἀντίφασις καὶ στέρησις καὶ ἐναντιότης, καὶ τὰ πρός τι· τούτων δὲ πρῶτον ἀντίφασις· ἀντιφάσεως δὲ μηδέν ἐστι μεταξύ· τῶν δὲ ἐναντίων ἐνδέχεται· ὅτι μὲν οὖν οὐ ταὐτὸν ἀντίφασις καὶ τὰ C ἐναντία, δῆλον· ἡ δὲ στέρησις ἀντίφασίς τίς ἐστιν. ἢ γὰρ τὸ ἀδύνατον ὅλως ἔχειν, ἢ ὃ ἂν πεφυκὸς ἔχειν μὴ ἔχῃ, ἐστέρηται, ἢ ὅλως, ἢ πῶς ἀφορισθέν. πολλαχῶς γὰρ ἤδη τοῦτο λέγομεν, ὥσπερ διῄρηται ἡμῖν ἐν ἄλλοις. ὥστ' ἐστὶν ἡ στέρησις ἀντίφασίς τις, ἢ ἀδυναμία διορισθεῖσα, ἢ συνειλημμένη τῷ δεκτικῷ· διὸ ἀντιφάσεως μὲν οὐκ ἔστι μεταξύ, στερήσεως δέ τινός ἐστιν. ἴσον μὲν γὰρ ἢ οὐκ ἴσον, πᾶν. ἴσον δὲ ἢ ἄνισον, οὐ πᾶν, ἀλλ' εἴπερ μόνον ἐν τῷ D δεκτικῷ τοῦ ἴσου. Εἰ δὴ αἱ γενέσεις τῇ ὕλῃ ἐκ τῶν ἐναντίων· γίγνονται δέ, ἢ ἐκ τοῦ εἴδους καὶ τῆς τοῦ εἴδους ἕξεως, ἢ ἐκ στερήσεώς τινος τοῦ εἴδους καὶ τῆς μορφῆς· δῆλον ὅτι ἡ μὲν ἐναντίωσις, στέρησις ἄν τις εἴη πᾶσα, ἡ δὲ στέρησις ἴσως οὐ πᾶσα ἐναντιότης. αἴτιον δ' ὅτι πολλαχῶς ἐνδέχεται ἐστερῆσθαι τὸ ἐστερημένον. ἐξ ὧν γὰρ αἱ μεταβολαὶ ἐσχάτων, ἐναντία ταῦτα. Φανερὸν δὲ καὶ διὰ τῆς ἐπαγωγῆς. πᾶσα γὰρ ἐναντίωσις ἔχει στέρησιν θατέρου τῶν ἐναντίων, ἀλλ' οὐχ ὁμοίως πάντα. ἀνι- E σότης μὲν γὰρ ἰσότητος, ἀνομοιότης δὲ ὁμοιότητος, κακία δὲ ἀρετῆς. διαφέρει δέ, ὥσπερ εἴρηται. τὸ μὲν γὰρ ἐὰν μόνον ᾖ ἐστερημένον, τὸ δὲ ἂν ἢ ποτέ, ἢ ἔν τινι· οἷον ἂν ἐν ἡλικίᾳ τινί, ἢ τῷ κυρίῳ, ἢ πάντῃ. διὸ τῶν μὲν ἔστι μεταξύ, καὶ ἔστιν οὔτε ἀγαθὸς ἄνθρωπος οὔτε κακός, τῶν δὲ οὐκ ἔστιν, ἀλλ' ἀνάγκη εἶναι ἢ περιττόν, ἢ ἄρτιον. ἔτι τὰ μὲν ἔχει τὸ ὑποκείμενον ὡρισμένον, τὰ δ' οὔ. ὥστε φανερὸν ὅτι ἀεὶ θάτερον τῶν ἐναντίων λέγεται κατὰ στέρησιν.

ὑπὸ τὴν αὐτὴν δύναμιν. retinent. & mox mutata diſtinctione legũt, καὶ τῷ εἴδει. διὸ δέχεται γὰρ ὅτι περ.

ἀπόχρη δὲ κἂν τὰ πρῶτα, καὶ τὰ γένη τῶν ἐναντίων, οἷον τὸ ἓν καὶ τὰ πολλά· τὰ γὰρ ἄλλα εἰς ταῦτα ἀνάγεται.

## ΚΕΦΑΛ. ε'.

*Τὸ ἴσον, τῷ μεγάλῳ καὶ τῷ μικρῷ πῶς ἀντίκειται.*

Ἐπεὶ δὲ ἓν ἑνὶ ἐστὶν ἐναντίον, ἀπορήσειεν ἄν τις πῶς ἀντίκειται τὸ ἓν καὶ τὰ πολλά. (τὰ *γὰρ ἄλλα εἰς ταῦτα ἀνάγεται) καὶ τὸ ἴσον τῷ μεγάλῳ καὶ τῷ μικρῷ. τὸ γὰρ πότερον ἐν ἀντιθέσει ἀεὶ λέγομεν, οἷον πότερον λευκόν, ἢ μέλαν· καὶ πότερον λευκόν, ἢ οὐ λευκόν· πότερον δὲ ἄνθρωπος ἢ λευκόν, οὐ λέγομεν, ἐὰν μὴ ἐξ ὑποθέσεως, καὶ ζητοῦντες, οἷον πότερον ἦλθε Κλέων ἢ Σωκράτης. ἀλλ' οὐκ ἀνάγκη ἐν οὐδενὶ γένει τοῦτο, ἀλλὰ καὶ τοῦτο ἐκεῖθεν ἐλήλυθε. τὰ γὰρ ἀντικείμενα μόνα οὐκ ἐνδέχεται ἅμα ὑπάρχειν· ᾧ καὶ ἐνταῦθα χρῆται, ἐν τῷ πότερος ἦλθεν. εἰ γὰρ ἅμα ἐνεδέχετο, γελοῖον τὸ ἐρώτημα. εἰ δὲ καὶ οὕτως, ὁμοίως ἐμπίπτει εἰς ἀντίθεσιν, εἰς τὸ ἓν ἢ πολλά· οἷον πότερον ἀμφότεροι ἦλθον, ἢ ἅτερος. εἰ δὴ ἐν τοῖς ἀντικειμένοις ἀεὶ τοῦ ποτέρου ἡ ζήτησις (λέγεται δὲ πότερον μεῖζον ἢ ἔλαττον, ἢ ἴσον) τίς ἐστιν ἡ ἀντίθεσις πρὸς ταῦτα τοῦ ἴσου; οὔτε γὰρ θατέρῳ μόνῳ ἐναντίον, οὔτ' ἀμφοῖν. τί γὰρ μᾶλλον, ἢ τῷ μείζονι, ἢ τῷ ἐλάττονι; ἔτι τῷ ἀνίσῳ ἐναντίον τὸ ἴσον. ὥστ' ἐν πλείοσιν ἔσται, ἢ ἑνί. εἰ δὲ τὸ ἄνισον σημαίνει τὸ αὐτὸ ἅμα ἀμφοῖν, εἴη μὲν ἀντικείμενον ἀμφοῖν· καὶ ἡ ἀπορία βοηθεῖ τοῖς φάσκουσι τὸ ἄνισον δυάδα εἶναι. ἀλλὰ συμβαίνει ἓν δυοῖν ἐναντίον· ὅπερ ἀδύνατον. ἔτι τὸ μὲν ἴσον μεταξὺ φαίνεται μεγάλου καὶ μικροῦ, ἐναντίωσις δὲ οὐδεμία μεταξὺ οὔτε φαίνεται, οὔτε ἐκ τοῦ ὁρισμοῦ δυνατόν. οὐ γὰρ ἂν εἴη τελεία μεταξύ τινος οὖσα. ἀλλὰ μᾶλλον ἔχει ἀεὶ ἑαυτῆς τι μεταξύ. λείπεται δή, ἢ ὡς ἀπόφασιν ἀντικεῖσθαι, ἢ ὡς στέρησιν. θατέρου μὲν δὴ οὐκ ἐνδέχεται. τί γὰρ μᾶλλον τοῦ μεγάλου ἢ μικροῦ; ἀμφοῖν ἄρα ἀπόφασις στερητική. διὸ καὶ πρὸς ἀμφότερα τὸ πότερον λέγεται· πρὸς δὲ θάτερον οὔ· οἷον πότερον μεῖζον, ἢ ἴσον· ἢ πότερον ἴσον, ἢ ἔλαττον· ἀλλ' ἀεὶ τρία. οὐ στέρησις δὲ ἐξ ἀνάγκης. οὐ γὰρ πᾶν ἴσον, ὃ μὴ μεῖζον ἢ ἔλαττον·

Parenteſin iſtam ex fine ſuperioris capitis repetitam, omnes interpp. omittút.

A priuationem dicitur. Sufficit verò etiam ſi prima & genera contrariorum, vtputa vnum, & multa: cætera enim ad hæc reducuntur.

## CAPVT V.

*Æquale, magno & paruo quomodo opponatur*

B CVm autem vnum vni contrarium ſit, dubitauerit quiſpiam quonam modo vnum, & multa opponuntur: & æquale, magno, & paruo. Ipſum enim vtrùm, ſemper in oppoſitione dicimus: vtputa, vtrùm album, an nigrum: vtrùm album, aut non album: vtrùm verò homo, an album, non dicimus, niſi ex ſuppoſitione, & quærentes: vtputa, vtrùm Cleon venit, an Socrates. Sed hoc in nullo genere neceſſe eſt. Verùm hoc quoque illic aduenit. Sola namque oppoſita non contingunt ſimul eſſe, quo & C hic vtitur, in eo quod eſt vter venit. Nam ſi ſimul contingeret, ridicula eſſet interrogatio. Quod ſi etiam ita, ſimiliter etiam in oppoſitionem cadit, ad vnum, aut multa: vtputa, vtrùm ambo venerunt: an alter. Si ſanè ipſius vtrùm, quæſtio ſemper in oppoſitis fit: dicitur autem vtrum maius an minus, an æquale: quænam æqualis ad hæc oppoſitio eſt? nec alteri ſoli contrarium, nec ambobus eſt: cur enim magis maiori, quàm minori? Præterea, in- D æquali æquale contrarium. Quare in pluribus quàm vno erit. Quod ſi inæquale idem ambobus ſimul ſignificat, erit quidem ambobus oppoſitum: & dubitatio iuuat illos qui dicunt inæquale dualitatem eſſe. Verùm accidit, vnum duobus contrarium eſſe, quod impoſſibile eſt. Item æquale quidem, medium magni & parui videtur: contrarietas verò, neque media videtur, neque ex definitione poſſibile eſt. Non enim eſſet perfecta, ſi E alicuius media eſſet. Sed magis, ſemper aliquid ſui ipſius medium habet. Reſtat itaque, aut vt negationem opponi, aut vt priuationem. Alterius igitur non contingit. (cur enim magis magni quàm parui?) amborum ergo priuatiua negatio. Ideo ipſum vtrum ad ambo, non ad alterum ſolùm dicitur: vtputa, vtrùm maius an æquale, vel vtrùm æquale an minus; ſed tria, ſemper: Non autem priuatio: neceſſariò etenim non omne, quod non maius, aut minus, æquale eſt,

ſed in quibus apta natura ſunt illa eſſe. Eſt igitur æquale, quod cùm nec magnum, nec paruum ſit, natura tamen aptum eſt magnum, aut paruum eſſe: & ambobus, tanquam priuatiua negatio opponitur: ideo & medium eſt, & quod nec bonum, nec malum eſt, ambobus opponitur, verùm innominatum eſt. Multipliciter namque vtrumque dicitur, & ſuſceptiuum non eſt vnum: ſed magis, quod nec album, neque nigrum, neque tamen hoc dicitur vnum. Sed determinati quodam modo colores ſunt, de quibus priuatiuè hæc negatio dicitur. Neceſſe eſt enim, aut fuſcum, aut pallidum, aut huiuſcemodi aliquid aliud determinatum eſſe. Quare non rectè reprehendunt, qui ſimiliter putant omnia dici: vt calcei, & manus medium ſit, quod neque calceus, neque manus eſt: quandoquidem & quod nec bonum, nec malum eſt boni & mali, ac ſi omnium eſſet aliquod medium. Verùm non eſt neceſſe, vt hoc accidat. Etenim hæc negatio ſimul oppoſitorum eſt, & quorum aliquod medium, ac aliqua diſtantia, natura apta eſt eſſe: illorum autem non eſt differentia. In alio enim genere ea ſunt, quorum ſimul erant negationes. Quare quod ſubiicitur, non eſt vnum.

## CAPVT VI.

*Dubitatio de vnius & multorum oppoſitione.*

Similiter autem de vno & multis quiſpiam dubitare poſſit. Etenim ſi multa vni ſimpliciter opponuntur, accidunt quędam impoſſibilia. Vnum etenim paucum, aut pauca erit: multa etenim paucis opponuntur. Præterea, duo ſunt multa (ſiquidem duplex, multiplex) dicitur autem duplum à duobus. Quare ipſum vnum paucum erit. Ad quid enim ipſa duo dicerentur multa, niſi ad vnum, & paucum? nihil namque eſt minus. Præterea, ſi vt in longitudine longum, & breue, ita in multitudine multum, & paucum, & quodcunque ſit multum & multa: & rurſus, quæ multa, etiam multum: niſi fortè in continuo facilè terminabili differat, quod paucum eſt, quædam multitudo erit: quare ipſum vnum, multitudo quædam eſt: ſiquidem & paucum: hoc verò neceſſe eſt, ſi ipſa duo multa ſunt. Verùm fortaſſis, multa dicuntur quidem, ſicuti & multum, ſed vt differens (veluti aqua) multum, multa verò minimè, ſed quæcunque diuiſibilia ſunt, in his dicuntur: vno quidem modo, ſi qua multitudo ſit, exceſſum aut ſimpliciter, aut ad aliquid habens: paucumque ſimiliter, multitudo defectum habens, hoc verò vt numerus, qui ſolùm vni opponitur.

A ἀλλ' ἐν οἷς πέφυκεν ἐκεῖνα. ἔστι δὴ τὸ ἴσον, τὸ μήτε μέγα, μήτε μικρὸν, πεφυκὸς δὲ μέγα ἢ μικρὸν εἶναι· καὶ ἀντίκειται ἀμφοῖν ὡς ἀπόφασις στερητική· διὸ καὶ μεταξύ ἐστι, καὶ τὸ μήτε κακὸν μήτ' ἀγαθὸν, ἀντίκειται ἀμφοῖν, ἀλλ' ἀνώνυμον. πολλαχῶς γὰρ λέγεται ἑκάτερον, καὶ οὐκ ἔστιν ἓν τὸ δεκτικὸν, ἀλλὰ μᾶλλον τὸ μήτε λευκὸν, μήτε μέλαν. ἓν δὲ οὐδὲ τοῦτο λέγεται, ἀλλ' ὡρισμένα πως τὰ χρώματα,
B ἐφ' ὧν λέγεται στερητικῶς ἡ ἀπόφασις αὕτη. ἀνάγκη γὰρ ἢ φαιὸν, ἢ ὠχρὸν εἶναι, ἢ τοιοῦτόν τι ἄλλο ὡρισμένον. ὥστε οὐκ ὀρθῶς ἐπιτιμῶσιν οἱ νομίζοντες ὁμοίως λέγεσθαι πάντα· ὥστε ἔσεσθαι ὑποδήματος καὶ χειρὸς μεταξὺ, τὸ μήτε ὑπόδημα, μήτε χεῖρα· ἐπείπερ καὶ τὸ μήτε ἀγαθὸν μήτε κακὸν, τοῦ ἀγαθοῦ καὶ τοῦ κακοῦ ὡς πάντων ἐσομένου τινὸς μεταξύ. οὐκ* ἀνάγκη δὲ τοῦτο συμβαίνει. ἡ μὲν γὰρ ἀντικειμένων συναπόφασίς* ἐστιν, ὧν ἔστι μεταξύ τι, καὶ διάστημά τι πέφυκεν εἶναι· τῶν δὲ οὐκ ἔστι διαφορά.
C ἐν ἄλλῳ γὰρ γένει, ὧν αἱ συναποφάσεις. ὥστ' οὐχ ἓν τὸ ὑποκείμενον.

## ΚΕΦΑΛ. ϛ'.

Ἀπορία, περὶ τοῦ πῶς ἀντίκειται τὸ ἓν καὶ τὰ πολλά.

ΟΜΟΙΩΣ δὲ καὶ περὶ τοῦ ἑνὸς καὶ τῶν πολλῶν ἀπορήσειεν ἄν τις. εἰ γὰρ τὰ πολλὰ τῷ ἑνὶ ἁπλῶς* ἀντίκειται, συμβαίνει ἔνια ἀδύ-
D νατα. τὸ γὰρ ἓν, ὀλίγον, ἢ ὀλίγα ἔσται. τὰ γὰρ πολλὰ, καὶ τοῖς ὀλίγοις ἀντίκειται. *ἔτι τὰ δύο πολλὰ, εἴπερ τὸ διπλάσιον πολλαπλάσιον. καὶ οὕτω λέγεται ἤ γε καὶ τὰ δύο διπλάσια. ὥστε τὸ ἓν, ὀλίγον. πρὸς τί γὰρ πολλὰ τὰ δύο, εἰ μὴ πρὸς ἕν τε καὶ πρὸς τὸ ὀλίγον; οὐδὲν γάρ ἐστιν ἔλαττον. ἔτι εἰ ὡς ἐν μήκει τὸ μακρὸν καὶ βραχὺ, οὕτως ἐν πλήθει τὸ πολὺ καὶ τὸ ὀλίγον, καὶ ὃ ἂν ᾖ πολὺ, καὶ πολλὰ, καὶ τὰ πολλὰ πολύ· εἰ μή τι
E ἄρα διαφέρει ἐν συνεχεῖ* ἀορίστῳ, τὸ ὀλίγον, πλῆθός τι ἔσται. ὥστε τὸ ἓν πλῆθός τι ἐστὶν, εἴπερ καὶ ὀλίγον. τοῦτο δὲ ἀνάγκη, εἰ τὰ δύο πολλά. ἀλλ' ἴσως τὰ πολλὰ λέγεται μὲν ὡς καὶ τὸ πολὺ, ἀλλ' ὡς διαφέρον,* οἷον ὕδωρ πολὺ, πολλὰ δ' οὔ. ἀλλ' ὅσα διαιρετὰ ἐν τούτοις, λέγεται ἕνα μὲν τρόπον, ἐὰν ᾖ πλῆθος ἔχον ὑπεροχὴν, ἢ ἁπλῶς, ἢ πρός τι· καὶ τὸ ὀλίγον ὡσαύτως πλῆθος ἔχον ἔλλειψιν.* τὸ δὲ ὡς ἀριθμός. ὃ καὶ ἀντίκειται τῷ ἑνὶ μόνον.

γρ. οὐκ ἀνάγκη δὲ τοῦτο συμβαίνειν.

γρ. ἐστὶ ἢ ὤν.

γρ. ἀντίκειται.

Beſſ. aliter, planius ita Sepulueda: *Praeterea ipſa duo ſunt multa, ſi duplum multiplex eſt. Dicitur etenim ab ipſis duobus. Quare fit, vt vnum ſit paucum:* patet vt legerit. Interpp. διορίσω legiſſe videtur. Sepulueda, *vt vnum dicitur quidem multum, non autem dicitur multa.* ad ſenſum rectè attendit, non verba. Idem etiam in ſequentibus diſcedit ab hac lect. vertit enim: *ſed dicitur in hiſce quæ diuiſibilia ſunt. Atque vno quidem modo,* &c. Scribe, τὸ δὲ ſc. ἕτερον. Sepulueda. *Alio vero modo.* deinde leg. ὡς ὁ

οὕτως γὰρ λέγομεν ἕν, ἢ πολλά, ὥσπερ εἴ τις εἴποι ἕν τε καὶ ἕνα, ἢ λευκὸν καὶ λευκά, καὶ τὰ μεμετρημένα πρὸς τὸ μέτρον καὶ τὸ μετρητόν. οὕτως καὶ τὰ πολλαπλάσια λέγεται πολλά. πολλὰ γὰρ * ἕκαστος ἀριθμός, ὅτι ἑνός, καὶ ὅτι μετρητὸς ἑνὶ ἕκαστος καὶ ὡς τὸ ἀντικείμενον τῷ ἑνί, οὐ τῷ ὀλίγῳ. οὕτως μὲν οὖν ἐστι πολλὰ καὶ τὰ δύο. ὡς δὲ πλῆθος ἔχον ὑπεροχὴν, ἢ πρός τι, ἢ ἁπλῶς, οὐκ ἔστιν, ἀλλὰ πρῶτον. ὀλίγα δὲ ἁπλῶς τὰ δύο. B πλῆθος γάρ ἐστιν ἔλλειψιν ἔχον πρῶτον· διὸ καὶ * οὐκ ὀρθῶς ἀπέστη Ἀναξαγόρας εἰπών, ὅτι ὁμοῦ πάντα χρήματα ἦν, ἄπειρα καὶ πλήθει καὶ μικρότητι. ἔδει δ᾽ εἰπεῖν, ἀντὶ τοῦ καὶ μικρότητι, καὶ ὀλιγότητι. οὐ γὰρ ἄπειρα, * ἐπεὶ τὸ ὀλίγον, οὐ διὰ τὸ ἕν, ὥσπερ τινές φασιν, ἀλλὰ διὰ τὰ δύο, * ἀντίκειται δὲ καὶ οὕτως ] ἀντίκειται δὴ τὸ ἓν καὶ τὰ πολλὰ τὰ ἐν ἀριθμοῖς, ἓν τὸ τοῖς πολλοῖς, ὡς μέτρον μετρητῷ. ταῦτα δὲ ὡς τὰ πρός τι, C ὅσα μὴ καθ᾽ αὑτὰ τῶν πρός τι. διήρηται δ᾽ ἡμῖν * ἐν ἄλλοις, ὅτι διχῶς λέγεται τὰ πρός τι, τὰ μὲν ὡς ἐναντία, τὰ δ᾽ ὡς ἐπιστήμη πρὸς ἐπιστητόν, τῷ λέγεσθαί τι ἄλλο πρὸς αὐτά. τὸ δὲ ἕν, ἔλαττον εἶναί τινος, οἷον τοῖν δυοῖν, οὐδὲν κωλύει· οὐ γὰρ εἰ ἔλαττον, καὶ ὀλίγον. τὸ δὲ πλῆθος, ὡς γένος ἐστὶ τοῦ ἀριθμοῦ. ἔστι γὰρ ἀριθμός, πλῆθος ἑνὶ μετρητόν. καὶ ἀντίκειταί πως τὸ ἓν καὶ ὁ ἀριθμός, οὐχ ὡς ἐναντίον, ἀλλ᾽ ὥσπερ εἴρηται τῶν πρός τι ἔνια. * ᾗ D γὰρ μέτρον τὸ δὲ μετρητόν, ταύτῃ ἀντίκειται· διὸ οὐ πᾶν ὃ ἂν ᾖ ἕν, ἀριθμός ἐστιν, οἷον, εἴ τι ἀδιαίρετόν ἐστιν. ὁμοίως δὲ λεγομένη ἡ ἐπιστήμη πρὸς τὸ ἐπιστητόν, οὐχ ὁμοίως ἀποδίδωσι. δόξειε μὲν γὰρ ἂν μέτρον ἡ ἐπιστήμη εἶναι, τὸ δὲ ἐπιστητὸν τὸ μετρούμενον. συμβαίνει δὲ ἐπιστήμην μὲν πᾶσαν ἐπιστητὸν εἶναι· τὸ δὲ ἐπιστητὸν μὴ πᾶν ἐπιστήμην, ὅτι τρόπον τινὰ ἡ ἐπιστήμη μετρεῖται τῷ ἐπιστητῷ. τὸ δὲ πλῆθος οὔτε τῷ ὀλίγῳ ἐναντίον, ἀλλὰ τούτῳ μὲν τὸ πολλά, ὡς ὑπερέχον πλῆθος ὑπερεχομένῳ E πλήθει· οὔτε τῷ ἑνὶ πάντως· ἀλλὰ τὸ μέν, ὥσπερ εἴρηται, ὅτι διαιρετόν, τὸ δ᾽ ἀδιαίρετον, τὸ δ᾽ ὡς πρός τι, ὥσπερ ἡ ἐπιστήμη ἐπιστητῷ, ἐὰν ᾖ ἀριθμός· τὸ δ᾽ ἕν, μέτρον.

Beſſ. ἓ ἀφ. ἑνί, ὅτι ἕνα πολλά.

Sepulueda quoq. *quia eſt multa vna.*

Beſſ. καὶ ὀρθῶς εἶπεν Ἀν.

ſepulueda ἐπεὶ τὸ

Verba hæc nec Beſſ. nec Sepulu. habent: in ſeqq quoque variant nonnihil

Lib. 5. cap. 15.

Scribe, ᾗ γὰρ τὸ μὲν μέτρον, τὸ δ᾽

A Ita enim dicimus vnum ꝗ, aut multa, quemadmodum ſi quis dicat vnum, & ipſa vna, aut album, & ipſa alba; & menſurata ad menſuram, & menſuratum. Sic & multiplicia dicuntur multa: multa namque vnuſquiſque vno numerus, quia multa vna, & quia vnuſquiſque menſurabilis: & tanquam vni, non pauco, oppoſitus. Hoc itaque modo, multa ſunt & ipſa duo: tanquam verò multitudo, aut ad aliquid, aut ſimpliciter exceſſum habens, non ſunt, ſed prima: B ſimpliciter verò ſunt pauca, ipſa duo: multitudo namque eſt prima, defectum habens. Quare non rectè fuerit dicens Anaxagoras, *quod ſimul cuncta res erant, multitudine & paruitate infinitæ.* Decebat namque pro *& paruitate* dicere *& paucitate.* Non enim infinitæ, cùm paucum, non propter vnum, (vt quidam aiunt,) ſed propter duo. Opponuntur autem vnum & multa, quæ in numeris, vt menſura menſurato: hæc verò vt ea C quæ ad aliquid, quæcumque eorum, quæ ad aliquid, non ſecundùm ſe dicuntur, (diſtinctum autem à nobis in aliis eſt, quòd ea quæ ad aliquid, dupliciter dicuntur,) quædam vt contraria, quædam vt ſcientia ad ſcibile, eo quòd aliquid aliud dicatur ad ipſum. Vnum verò aliquo minùs eſſe, vtputa duobus, nihil prohibet. Non enim ſi minus eſt, etiam paucum eſt: multitudo autem quaſi genus numeri eſt. Numerus etenim eſt multitudo, vno menſurabilis. Et quodam modo vnum & numerus oppo- D nuntur, non vt contraria, ſed (quemadmodum dictum eſt) vt quædam eorum quæ ad aliquid. Quatenus enim hoc quidem menſura, illud verò menſurabile, eatenus opponuntur. Ideo non omne, quod vnum ſit, numerus eſt: vtputa, ſi quid indiuiſibile ſit. Cùm autem ſimiliter dicatur ſcientia ad ſcibile, non ſimiliter aſſignatur. Videri namque poſſit ſcientia quidem menſura eſſe, ſcibile verò quod menſuratur. Accidit autem omnem quidem ſcientiam ſcibile eſſe, ſcibile non omne ſcientiam eſſe, eo quòd E modo quodam ſcientia ſcibili menſuratur. Multitudo autem neque pauco contraria eſt, ſed huic multum, tanquam excedens multitudo exceſſæ multitudini: nec vni omnino, ſed hoc quidem (vt dictum eſt) quod diuiſibile, hoc indiuiſibile, hoc tanquam ad aliquid, quemadmodũ ſcientia ſcibili, ſi fuerit numerus: vnum verò, menſura eſt.

CAPVT

A

## CAPVT VII.

*Probat neceſſe eſſe vt media quæ ſunt inter contraria ſint ex ipſis contrariis. Item media, & ea quorum media ſunt, eſſe in eodem genere.*

CVm verò contrariorum contingat aliquid medium eſſe, & quorumdam ſit, neceſſe ex contrariis media eſſe. Omnia enim media, & illa quorum media ſunt, in eodem genere ſunt. Media namque illa dicimus, in quæ neceſſe eſt primò tranſmutari, quod tranſmutatur: vtpute ſi ab hypate in neten paulatim pertranſeat, priùs ad medios ſonos veniet. Et in coloribus, ſi ex albo ad nigrum veniat, priùs ad puniceum & fuſcum, quàm ad nigrum, veniet. Similiter autem & in aliis. Tranſmutari verò ex alio genere in aliud genus, non eſt niſi ſecundùm accidens: vt ex colore in figuram. Neceſſe igitur, vt media, & ſibi inuicem, & quorum media ſunt, in eodem genere ſint. At verò omnia, aliquorum oppoſitorum ſunt: ex his namque ſolis, per ſe tranſmutari eſt. Quare impoſſibile eſt, media eſſe non oppoſitorum: eſſet namque profectò tranſmutatio etiam ex non oppoſitis. Oppoſitorum verò contradictionis quidem nullum eſt medium. Hoc enim eſt contradictio, oppoſitio cuius, cùm nihil habeat medium, cuicumque altera pars adeſt: cæterorum verò, quædam ad aliquid, quædam priuatio, quædam contraria ſunt. Eorum verò, quæ ad aliquod, quæcumque non ſunt contraria, non habent medium. Cauſa verò, quia non in eodem genere ſunt. Quid namque ſcientiæ & ſcibilis medium? verùm, magni & parui eſt. Quòd ſi media in eodem genere ſunt (vt oſtenſum eſt) & contrariorum media, neceſſe eſt ea ex his contrariis componi. Aut enim erit aliquod genus eorum, aut nullum. Et ſi genus quidem ita erit, vt aliquid prius contrariis ſit, differentiæ priores contrariæ erunt, quæ faciunt contrarias ſpecies, tanquam generis. Ex genere namque & differentiis, ſpecies ſunt: vtputa ſi album & nigrum contraria ſunt: eſt autem illud ſegregatiuus color, hoc verò congregatiuus: hæ differentiæ congregatiuum & ſegregatiuum, priores: quare priora inuicem contraria ſunt. At verò quæ contraria, differentia ſunt, magis contraria ſunt. Cætera quoque & media,

## ΚΕΦΑΛ. ζ.

Ὅτι ἀνάγκη ἐκ τῶν ἐναντίων εἶναι τὰ μεταξύ.

ΕΠΕΙ δὲ τῶν ἐναντίων ἐνδέχεται εἶναι τι μεταξύ, καὶ ἐνίων ἔστιν, ἀνάγκη ἐκ τῶν ἐναντίων εἶναι τὰ μεταξύ· πάντα γὰρ τὰ B μεταξὺ ἐν τῷ αὐτῷ γένει ἐστί, καὶ ὧν ἐστι μεταξύ. μεταξὺ μὲν γὰρ ταῦτα λέγομεν, εἰς ὅσα μεταβάλλειν πρότερον ἀνάγκη τὸ μεταβάλλον· οἷον ἀπὸ τῆς ὑπάτης ἐπὶ τὴν νήτην, εἰ μεταβαίνοι τῷ ὀλίγῳ χρόνῳ, ἥξει πρότερον εἰς τοὺς μεταξὺ φθόγγους· καὶ ἐν χρώμασιν, εἰ ἥξει ἐκ τοῦ λευκοῦ εἰς τὸ μέλαν, πρότερον ἥξει εἰς τὸ φοινικοῦν καὶ φαιὸν, ἢ εἰς τὸ μέλαν· ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων. μεταβάλλειν δ' ἐξ ἄλλου γένους εἰς ἄλλο γένος οὐκ ἔστιν, ἀλλ' ἢ κατὰ συμβεβηκός· οἷον ἐκ χρώματος εἰς σχῆμα. ἀνάγκη C ἄρα τὰ μεταξὺ καὶ αὐτοῖς, καὶ ὧν μεταξύ εἰσιν, ἐν τῷ αὐτῷ γένει εἶναι. ἀλλὰ μὴν πάντα γε τὰ μεταξύ, ἐστὶν ἀντικειμένων τινῶν. ἐκ τούτων γὰρ μόνων καθ' αὑτό ἐστι μεταβάλλειν. διὸ ἀδύνατον εἶναι μεταξύ, μὴ ἀντικειμένων· εἴη γὰρ ἂν μεταβολή, καὶ μὴ ἐξ ἀντικειμένων. τῶν δ' ἀντικειμένων ἀντιφάσεως μὲν, οὐκ ἔστι μεταξύ. τοῦτο γάρ ἐστιν ἀντίφασις, ἀντίθεσις, καὶ ἧς ὁτῳοῦν μόριον θάτερον πάρεστιν, ἐχούσης οὐδὲν μεταξὺ* ἧς ὁτῳοῦν θάτερον μόριον ὂν τὸ ναὶ ἢ τὸ οὒ πάρεστιν, οὐκ ἐχούσης οὐδὲν D μεταξύ. τῶν δὲ λοιπῶν τὰ μὲν πρός τι, τὰ δὲ ἐναντία ἐστί. τῶν δὲ πρός τι ὅσα μὴ ἐναντία, οὐκ ἔχει μεταξύ. αἴτιον δ' ὅτι οὐκ ἐν τῷ αὐτῷ γένει ἐστί. τί γὰρ ἐπιστήμης καὶ ἐπιστητοῦ μεταξύ; ἀλλὰ μεγάλου καὶ μικροῦ. εἰ δ' ἐστὶν ἐν τῷ αὐτῷ γένει τὰ μεταξύ, ὥσπερ δέδεικται, καὶ μεταξὺ ἐναντίων, ἀνάγκη καὶ αὐτὰ συγκεῖσθαι ἐκ τούτων τῶν ἐναντίων. ἢ γὰρ ἔσται τι γένος αὐτῶν, ἢ οὐδέν. καὶ εἰ μὲν γένος ἔσται οὕτως ὥστ' εἶναι E πρότερόν τι τῶν ἐναντίων, αἱ διαφοραὶ πρότεραι ἐναντίαι ἔσονται αἱ ποιήσασαι τὰ ἐναντία, ὡς εἴδη γένους. ἐκ γὰρ τοῦ γένους καὶ τῶν διαφορῶν τὰ εἴδη· οἷον εἰ τὸ λευκὸν καὶ μέλαν ἐναντία. ἔστι δὲ τὸ μὲν διακριτικὸν χρῶμα, τὸ δὲ συγκριτικὸν χρῶμα, αὗται αἱ διαφοραὶ τὸ διακριτικὸν καὶ συγκριτικὸν πρότεραι. ὥστε ταῦτα τὰ ἐναντία ἀλλήλοις πρότερα. ἀλλὰ μὴν τά γε ἐναντίως διαφέροντα, μᾶλλον ἐναντία, καὶ τὰ λοιπὰ καὶ τὰ μεταξὺ

Locus variè lectus ab interpretibus.

A ἐκ τοῦ γένους ἔσται, καὶ τῶν διαφορῶν. οἷον ὅσα χρώματα τοῦ λευκοῦ καὶ μέλανός ἐστι μεταξύ, ταῦτα δεῖ ἔκ τε τοῦ γένους λέγεσθαι. (ἔστι δὲ γένος τὸ χρῶμα,) καὶ ἐκ διαφορῶν τινῶν· αὗται δὲ οὐκ ἔσονται τὰ πρῶτα ἐναντία. εἰ δὲ μὴ ἔσται ἕκαστον, ἢ λευκὸν ἢ μέλαν, ἕτεραι ἄρα. μεταξὺ ἄρα τῶν πρώτων ἐναντίων αὗται ἔσονται. αἱ πρῶται δὲ διαφοραὶ τὸ διακριτικὸν καὶ συγκριτικόν· ὥστε ταῦτα πρῶτα ζητητέον, ὅσα ἐναντία μὴ ἐν γένει, ἐκ τίνος τὰ μεταξὺ αὐτῶν. ἀνάγκη γὰρ τὰ ἐν τῷ
B αὐτῷ γένει, ἐκ τῶν ἀσυνθέτων τῷ γένει συγκεῖσθαι, ἢ ἀσύνθετα εἶναι. τὰ μὲν οὖν ἐναντία, ἀσύνθετα ἐξ ἀλλήλων, ὥστε ἀρχαί. τὰ δὲ μεταξὺ, ἢ πάντα, ἢ οὐδέν. ἐκ δὲ τῶν ἐναντίων γίγνεταί τι. ὥστε ἔσται μεταβολὴ εἰς τοῦτο, πρὶν ἢ εἰς αὐτά· ἑκατέρου γὰρ καὶ ἧττον ἔσται καὶ μᾶλλον. μεταξὺ ἄρα ἔσται καὶ τοῦτο τῶν ἐναντίων. καὶ τὰ ἄλλα ἄρα πάντα σύνθετα τὰ μεταξύ. τὸ γὰρ τοῦ μὲν μᾶλλον, τοῦ δ' ἧττον, σύνθετόν πως ἐξ ἐκείνων ὧν λέγεται
C εἶναι, τοῦ μὲν μᾶλλον, τοῦ δ' ἧττον. ἐπεὶ δ' οὐκ ἔστιν ἕτερα πρότερα ὁμογενῆ τῶν ἐναντίων, ἅπαντ' ἂν ἐκ τῶν ἐναντίων εἴη τὰ μεταξύ. ὥστε καὶ τὰ κάτω πάντα, καὶ τἀναντία, καὶ τὰ μεταξὺ ἐκ τῶν πρώτων ἐναντίων ἔσονται. ὅτι μὲν οὖν τὰ μεταξύ, ἔν τε ταὐτῷ γένει πάντα, καὶ μεταξὺ ἐναντίων, καὶ σύγκειται ἐκ τῶν ἐναντίων ἅπαντα, δῆλον.

A ex genere & differentiis erũnt: vtputa quicumque colores medii inter album & nigrum ſunt, hi oportet vt & ex genere dicantur, ( eſt autem genus color, ) & ex quibuſdam differentiis: hæ verò non erunt prima contraria. Quod ſi ſecus, vnumquodque aut album aut nigrum erit, ergo aliæ. Mediæ igitur primorum contrariorum, hæ erunt, primæ verò differentiæ, ſegregatiuum & congregatiuum. Quare hoc primùm quærendum eſt, quæcumque contraria non in genere, ex quo media eorum? Quæ enim in eodem genere
B ſunt, neceſſe eſt vt aut ex incompoſitis genere componantur, aut incompoſita ſint. Et quidem contraria inuicem incompoſita, propterea quòd principia ſunt. Media verò, aut omnia, aut nullum. Ex contrariis verò aliquid fit. Quare erit in hoc tranſmutatio antè quàm in illa: vtroque enim, & magis & minùs erit: medium igitur contrariorum hoc etiam erit. Ergo cætera quoque media, compoſita ſunt. Id enim, quod vno minùs, altero magis eſt, compoſitum ex illis
C quodam modo eſt, quorum vno minùs, altero magis dicitur eſſe. Cùm verò contrariorum alia priora eiuſdem generis non ſint, omnia media profectò ex contrariis erunt. Quare & omnia inferiora, tum contraria, tum media, ex primis contrariis erunt. Et quidem quòd cuncta media in eodem genere, & contrariorum media ſint, ac ex contrariis componantur, patet.

D

## ΚΕΦΑΛ. η΄.

*Ὅτι τὰ ἕτερα τῷ εἴδει ἐν γένει τῷ αὐτῷ ἐστί.*

Τὸ δ' ἕτερον τῷ εἴδει τινός τι ἕτερόν ἐστι, καὶ δεῖ τοῦτο ἀμφοῖν ὑπάρχειν· οἷον, εἰ * ζῶον ἕτερον τῷ εἴδει, ἄμφω ζῶα. ἀνάγκη ἄρα ἐν γένει τῷ αὐτῷ εἶναι τὰ ἕτερα τῷ
E εἴδει. τὸ γὰρ τοιοῦτον γένος καλῶ, ὃ ἄμφω ἓν ταὐτὸ λέγεται, μὴ κατὰ συμβεβηκὸς ἔχον διαφοράν, εἴτ' ὡς ὕλη ὂν, εἴθ' ὡς ἄλλως. οὐ μόνον γὰρ δεῖ τὸ κοινὸν ὑπάρχειν, οἷον, ἄμφω ζῶα, ἀλλὰ καὶ ἕτερον ἑκατέρῳ, τοῦτο αὐτὸ τὸ ζῶον, οἷον, τὸ μὲν, ἵππον, τὸ δὲ, ἄνθρωπον. διὰ τοῦτο τὸ κοινὸν, ἕτερα ἀλλήλων ἐστὶ τῷ εἴδει. ἔσται δὴ καθ' αὑτὸ, τὸ μὲν τοιονδὶ ζῶον, τὸ δὲ τοιονδί· οἷον τὸ μὲν ἵππος, τὸ δ', ἄνθρωπος. ἀνάγκη ἄρα τὴν διαφορὰν ταύτην ἑτερότητα τοῦ γένους εἶναι.

γρ. ζώφ.

## CAPVT VIII.

*Neceſſe eſſe vt quæ ſpecie diuerſa ſint, in eodem ſint genere.*

Diuerſum autem ſpecie ab aliquo, diuerſum aliquid eſt. Et hoc ambobus ineſſe oportet: vt ſi animal ſpecie diuerſum, ambo animalia. Neceſſe eſt igitur in eodem genere eſſe, quæ ſpecie diuerſa ſunt. Huiuſcemodi enim appello genus, quo vnum & idem ambo dicuntur, non ſecundùm accidens differentiam habens, ſiue vt materia exiſtens, ſiue vt aliter. Etenim non ſolùm commune oportet exiſtere, vt ambo animalia, verùm etiam vtrique diuerſum hoc ipſum animal: vt hoc quidem equum, hoc verò hominem. Quare hoc commune, diuerſum ſpecie viciſſim eſt. Erit itaque ſecundùm ſe hoc quidem tale quid animal, hoc vero tale quid: vt hoc quidem equus, hoc vero homo. Neceſſe igitur, hanc differentiam generis diuerſitatem eſſe.

A Dico namque differentiam generis, diuerſitatem, quæ diuerſum hoc ipſum facit. Contrarietas igitur hæc erit. Patet autem ex inductione. Cuncta namque oppoſitis diuiduntur. Et quod contraria in eodem genere ſint, oſtenſum eſt. Contrarietas enim, perfecta differentia erat. Omnis verò ſpecie differentia ab aliquo, aliquid: quare hoc & idem & genus in ambobus. Ideo in eadem coordinatione prædicationis, ſunt omnia contraria, quæcumque ſpecie non genere differunt, & inuicem maximè diuerſa.
B Perfecta namque differentia, & ſimul inuicem non fiunt. Differentia ergo, contrarietas eſt. Hoc enim eſt diuerſa ſpecie eſſe, quòd cùm in eodem genere ſint, contrarietatem habent indiuidua exiſtentia. Eadem autem ſpecie, quæcumque contrarietatem non habent indiuidua exiſtentia. In diuiſione namque, & in mediis fiunt contrarietates antè quàm ad indiuidua deueniatur. Quare manifeſtum eſt, quòd ad id quod vocatur genus, nec eadem, neque
C diuerſa ſpecie, vlla, quæ vt generis ſpecies conueniunt. Materia namque negatione oſtenditur: genus verò, materia eius eſt, cuius genus dicitur: non vt quod Heraclidarum, ſed vt quod eſt in natura. Nec ad ea quæ non in eodem genere ſunt, ſed ab illis genere different, ſpecie verò ab iis quæ in eodem genere ſunt. Etenim differentiam neceſſe eſt eſſe contrarietatem eius à quo ſpecie differt. Hæc autem iis ſolis ineſt, quæ in eodem genere ſunt.

λέγω γὰρ γένους διαφορὰν, ἑτερότητα, ἣ ἕτερον ποιεῖ τοῦτο αὐτό. ἐναντίωσις τοίνυν ἔσται αὕτη. δῆλον δὲ ἐκ τῆς ἐπαγωγῆς. πάντα γὰρ διαιρεῖται τοῖς ἀντικειμένοις· καὶ ὅτι τἀναντία ἐν ταὐτῷ γένει, δέδεικται. ἡ γὰρ ἐναντιότης, ἦν διαφορὰ τελεία. ἡ δὲ διαφορὰ ἡ εἴδει, πᾶσα τινὸς τί. ὥστε τοῦτο τὸ αὐτό τε καὶ γένος ἐπ' ἀμφοῖν. διὸ καὶ ἐν τῇ αὐτῇ συστοιχίᾳ πάντα τὰ ἐναντία τῆς κατηγορίας, ὅσα εἴδει διάφορα καὶ μὴ γένει, ἕτερά τε ἀλλήλων μάλιστα. τελεία γὰρ ἡ διαφορά, καὶ ἅμα ἀλλήλοις οὐ γίνεται. ἡ ἄρα διαφορά, ἐναντίωσίς ἐστι. τοῦτο γάρ ἐστι τὸ ἕτερον εἶναι τῷ εἴδει, τὸ ἐν ταὐτῷ γένει ὄντα ἐναντίωσιν ἔχειν, ἄτομα ὄντα. ταὐτὰ δὲ τῷ εἴδει, ὅσα μὴ ἔχει ἐναντίωσιν ἄτομα ὄντα. ἐν γὰρ τῇ διαιρέσει καὶ ἐν τοῖς μεταξὺ γίνονται ἐναντιώσεις, πρὶν εἰς τὰ ἄτομα ἐλθεῖν. ὥστε φανερὸν ὅτι πρὸς τὸ καλούμενον γένος, οὔτε ταὐτόν, οὔτε ἕτερον τῷ εἴδει οὐδέν ἐστι τῶν ὡς γένους εἰδῶν προσηκόντων. ἡ γὰρ ὕλη ἀποφάσει δηλοῦται. τὸ δὲ γένος ὕλη οὗ λέγεται γένος, μὴ ὡς τὸ τῶν * Ἡρακλειδῶν, ἀλλ' ἡ ὡς τὸ ἐν τῇ φύσει. οὐδὲ πρὸς τὰ μὴ ἐν ταὐτῷ γένει, ἀλλὰ διοίσει τῷ γένει ἐκείνων· εἴδει δέ, τὰ ἐν ταὐτῷ γένει. ἐναντίωσιν γὰρ ἀνάγκη εἶναι τὴν διαφοράν, οὗ διαφέρει εἴδει. αὕτη δ' ὑπάρχει τοῖς ἐν ταὐτῷ τῷ γένει οὖσι μόνοις.

* γρ. Πελοπιδῶν, γρ. ἀλλ' ὡς

D

## CAPVT IX.

*Quid ſit ſpecie eſſe diuerſum: & cur alia ſpecie differant, alia non. Virum à muliere ſpecie non differre, & cur?*

DVbitabit autem quiſpiam, cur mulier à viro non ſpecie differat, cùm mas & fœmina contraria exiſtant,
E differentia verò contrarietas ſit? neque diuerſum ſpecie animal maſculinum, & fœmininum, cùm tamen hæc differentia per ſe animalis ſit: & non vt albedo, & nigredo, ſed quatenus animal & maſculinum & fœmininum inſint? Hæc autem dubitatio ferè eadem eſt, & cur hæc quidem contrarietas diuerſa ſpecie faciat, hæc verò non: vt greſſibile & volucre, albedo verò & nigredo non: an quoniam illa quidem propriæ paſſiones generis ſunt, hæc verò

## ΚΕΦΑΛ. θ'.

Τί ἐστι τὸ τῷ εἴδει ἕτερον εἶναι. καὶ διὰ τί τὰ μὲν διαφέρει εἴδει, τὰ δ' οὔ.

ΑΠΟΡΗΣΕΙΕ δ' ἄν τις, διὰ τί ἀνδρὸς γυνὴ οὐκ εἴδει διαφέρει, ἐναντίου τοῦ θήλεος καὶ τοῦ ἄρρενος ὄντος, τῆς δὲ διαφορᾶς, ἐναντιώσεως. οὐδὲ ζῷον θῆλυ καὶ ἄρρεν, ἕτερον τῷ εἴδει· καίτοι καθ' αὑτὸ τοῦ ζῴου αὕτη ἡ διαφορά, καὶ οὐχ ὡς ἡ λευκότης ἢ μελανία, ἀλλ' ᾗ ζῷον καὶ τὸ θῆλυ καὶ τὸ ἄρρεν ὑπάρχει. ἔστι δ' ἡ ἀπορία αὕτη σχεδὸν ἡ αὐτή, καὶ διὰ τί ἡ μὲν ποιεῖ τῷ εἴδει ἐναντίωσις, ἡ δ' οὔ. οἷον τὸ πεζὸν καὶ τὸ πτερωτόν· λευκότης δὲ καὶ μελανία, οὔ. ἢ ὅτι τὰ μὲν οἰκεῖα πάθη τοῦ γένους, τὰ δὲ,

ἦλον; καὶ ὅτι τὸ μὲν λόγος, τὸ δ' ὕλη, ὅσαι μὲν ἐν τῷ λόγῳ εἰσὶν ἐναντιότητες, εἴδει ποιοῦσι διαφοράν· ὅσαι δ' ἐν τῷ συνειλημμένῳ τῇ ὕλῃ, οὐ ποιοῦσι. διὸ ἀνθρώπου λευκότης οὐ ποιεῖ, οὐδὲ μελανία, οὐδὲ τοῦ λευκοῦ ἀνθρώπου ἐστὶ διαφορὰ κατ' εἶδος πρὸς μέλανα ἄνθρωπον, οὐδ' ἂν ὄνομα ἓν τεθῇ. ὕλη γὰρ ὁ ἄνθρωπος. οὐ ποιεῖ δὲ διαφορὰν ἡ ὕλη. οὐκ ἀνθρώπου * γὰρ ἡ ὕλη, εἰσὶν οἱ ἄνθρωποι. διὰ τοῦτο, γρ. ἡ ὕλη, καίτοι ἕτεραι αἱ σάρκες καὶ τὰ ὀστᾶ, ἐξ ὧν ὅδε καὶ ὅδε, ἀλλὰ τὸ σύνολον, ἕτερον μὲν, εἴδει δ' οὐχ ἕτερον, ὅτι ἐν τῷ λόγῳ οὐκ ἔστιν ἐναντίωσις. τοῦτο δ' ἐστὶν ἄτομον. ὁ δὲ Καλλίας ἐστὶν ὁ λόγος μετὰ τῆς ὕλης· καὶ ὁ λευκὸς δὴ ἄνθρωπος, ὅτι Καλλίας λευκός. κατὰ συμβεβηκὸς οὖν ὁ ἄνθρωπος λευκός. οὐδὲ ὁ χαλκοῦς δὴ κύκλος, καὶ ὁ ξύλινος, οὐδὲ τρίγωνον χαλκοῦν, καὶ κύκλος ξύλινος. οὐ διὰ τὴν ὕλην εἴδει διαφέρουσιν, ἀλλ' ὅτι ἐν τῷ λόγῳ ἔνεστιν ἐναντιότης. πότερον δ' ἡ ὕλη οὐ ποιεῖ ἕτερα τῷ εἴδει οὖσά πως ἑτέρα, ἢ ἔστιν ὡς ποιεῖ; διὰ τί γὰρ ὅδε ὁ ἵππος τουδὶ ἀνθρώπου ἕτερος τῷ εἴδει; καίτοι σὺν τῇ ὕλῃ οἱ λόγοι αὐτῶν. ἢ ὅτι ἔνεστιν ἐν τῷ λόγῳ ἐναντίωσις; καὶ γὰρ τοῦ λευκοῦ ἀνθρώπου καὶ μέλανος ἵππου. * καὶ ἔστι γε εἴδει, ἀλλ' οὐχ ᾗ ὁ μὲν λευκός, ὁ δὲ μέλας· ἐπεὶ καὶ εἰ ἄμφω λευκὰ ἦν, ὅμως ἂν ἦν εἴδει ἕτερα. τὸ δὲ ἄρρεν καὶ θῆλυ, τοῦ ζῴου οἰκεῖα μὲν πάθη, ἀλλ' οὐ κατὰ τὴν οὐσίαν, ἀλλ' ἐν τῇ ὕλῃ καὶ τῷ σώματι. διὸ τὸ αὐτὸ σπέρμα, ἢ θῆλυ ἢ ἄρρεν γίνεται παθόν τι πάθος. τί μὲν οὖν ἐστὶ τὸ τῷ εἴδει ἕτερον εἶναι, καὶ διὰ τί τὰ μὲν διαφέρει εἴδει, τὰ δ' οὔ, εἴρηται.

Paulo aliter.

A minimè? & cùm illud quidem ratio, hoc verò materia ſit, quæcumque in ratione contrarietates ſunt, ſpecie differentiam faciunt: quæcumque verò in coaſſumpto materiæ, minimè faciunt. Quare hominis albedo, vel nigredo non facit, nec hominis albi ad hominem nigrum ſecundùm ſpeciem differentia eſt, etiamſi vnum nomen ponatur. Homo namque, vt materia eſt: materia verò non facit differentiam. Non enim hominis ſpecies, ſunt homines. Quare & ſi carnes, & oſſa, B ex quibus hic, & hic eſt, diuerſa ſint, attamen totum diuerſum quidem: ſpecie verò non eſt diuerſum: quoniam in ratione non eſt contrarietas, hoc autem eſt vltimum indiuiduum. Callias verò, ratio cum materia eſt: & albus homo, quoniam Callias albus. Per accidens igitur homo eſt albus. Nec æneus & ligneus circulus, ſiue triangulus æneus, & circulus ligneus ob materiam ſpecie differunt, ſed quoniam in ratione contrarietas ineſt. Verùm autem materia non faciat diuerſa ſpecie, cùm quodam mo- C do diuerſa ſit, an aliquo modo facit? Cur enim hic equus ab hoc homine diuerſus ſpecie, cùm rationes eorum cum materia ſint? an quoniam in ratione contrarietas ineſt? Etenim hominis albi, & equi nigri ſpecie diuerſitas eſt, non tamen prout hic quidem albus, hic verò niger. Siquidem & ſi ambo albi eſſent, nihil minùs ſpecie diuerſi eſſent. Maſculinum & fœmininum, propriæ quidem animalis paſſiones ſunt, ſed non ſecundùm ſubſtantiam, verùm in materia, & corpore. Quare idem ſper- D ma aliquam paſſionem paſſum, aut fœmina, aut mas fit. Quid igitur ſpecie diuerſum eſſe, & cur quædam ſpecie differant, quædam non, dictum eſt.

## ΚΕΦΑΛ. ι'.

Ὅτι ἕτερον ἐστὶ τῷ γένει τὸ φθαρτὸν καὶ τὸ ἄφθαρτον.

## CAPVT X.

E *Quod ſpecie diuerſa ſunt corruptibile & incorruptibile. Item quod non ſint ideæ.*

ἘΠΕΙ δὲ τὰ ἐναντία ἕτερα τῷ εἴδει, τὸ δὲ φθαρτὸν καὶ τὸ ἄφθαρτον ἐναντία (στέρησις γὰρ ἀδυναμία διωρισμένη) ἀνάγκη ἕτερον εἶναι τῷ γένει τὸ φθαρτὸν καὶ τὸ ἄφθαρτον. νῦν μὲν οὖν ἐπ' αὐτῶν εἰρήκαμεν τῶν καθόλου ὀνομάτων. ὥστε δόξειεν ἂν οὐκ ἀναγκαῖον εἶναι ὁτιοῦν ἄφθαρτον καὶ φθαρτὸν ἕτερα εἶναι τῷ εἴδει, ὥσπερ οὐδὲ λευκὸν καὶ μέλαν.

CVm verò contraria, ſpecie diuerſa ſint, corruptibile autem & incorruptibile contraria ſint, (priuatio namque determinata impotentia,) neceſſe eſt diuerſum genere eſſe corruptibile & incorruptibile. Nunc autem igitur de his vniuerſalibus nominibus diximus. Videatur autem non eſſe neceſſe, quodcumque corruptibile, & incorruptibile, diuerſa ſpecie eſſe: quemadmodum nec album, & nigrum.

Idem enim contingit, & ſimul eſſe, modò vniuerſalium ſit: ſicuti homo profectò eſſe poſſit & albus, & niger: & ſingularium, fuerit ſanè idem, non ſimul, & albus, & niger, tametſi album nigro contrarium ſit. Verùm contrariorum quædam ſecundùm accidens quibuſdam inſunt, vt ea quæ nunc dicta ſunt, ac alia multa: quædam impoſſibile eſt, quorum eſt corruptibile, & incorruptibile. Nihil enim ſecundùm accidens corruptibile eſt. Accidens namque contingit non eſſe. Corruptibile verò eorum eſt quæ neceſſariò inſunt iis quibus inſunt: aut vnum & idem corruptibile & incorruptibile erit, ſi contingit non ineſſe ei corruptibile. Aut ſubſtantiam igitur, aut in ſubſtantia cuique corruptibilium, neceſſe eſt corruptibile eſſe. Eadem autem ratio & de incorruptibili eſt. Eorum enim ambo ſunt, quæ neceſſariò inſunt. Provt igitur & ſecundum quod primum hoc quidem corruptibile, illud verò incorruptibile, oppoſitionem habent: quare neceſſe eſt, genere diuerſa eſſe. Manifeſtum itaque eſt, quòd non contingit tales ſpecies eſſe, quales quidam aiunt. Erit namque & hic quidem corruptibilis, ille verò incorruptibilis, quamuis ſpecies eædem ſpecie cum particularibus eſſe dicantur, non æquiuocæ: quæ verò genere diuerſa ſunt, plus diſtant, quàm quæ ſpecie.

A ὃ γὰρ αὐτὸ ἐνδέχεται εἶναι καὶ ἅμα, ἐὰν ᾖ τῶν καθόλου, ὥσπερ ὁ ἄνθρωπος εἴη ἂν καὶ λευκὸς καὶ μέλας· καὶ τῶν καθ' ἕκαστα· εἴη γὰρ ἂν μὴ ἅμα ὁ αὐτὸς λευκὸς καὶ μέλας· καίτοι ἐναντίον τὸ λευκὸν τῷ μέλανι. ἀλλὰ τῶν ἐναντίων, τὰ μὲν κατὰ συμβεβηκὸς ὑπάρχει ἐνίοις, οἷον καὶ τὰ νῦν εἰρημένα καὶ ἄλλα πολλά· τὰ δὲ ἀδύνατον, ὧν ἐστὶ καὶ τὸ φθαρτὸν καὶ τὸ ἄφθαρτον. οὐδὲν γάρ ἐστι φθαρτὸν κατὰ συμβεβηκός. τὸ μὲν γὰρ συμβεβηκὸς ἐνδέχεται μὴ ὑπάρχειν· τὸ δὲ φθαρτὸν, B τῶν ἐξ ἀνάγκης ὑπαρχόντων ἐστὶν οἷς ὑπάρχει· ἢ ἔσαι ταὐτὸ ἓν φθαρτὸν καὶ ἄφθαρτον, εἰ ἐνδέχεται αὐτῷ μὴ ὑπάρχειν τὸ φθαρτόν· ἢ τὴν οὐσίαν ἄρα, ἢ ἐν τῇ οὐσίᾳ ἀνάγκη ὑπάρχειν τὸ φθαρτὸν ἑκάστῳ τῶν φθαρτῶν. ὁ αὐτὸς δὲ λόγος καὶ περὶ τοῦ ἀφθάρτου. τῶν γὰρ ἐξ ἀνάγκης ὑπαρχόντων ἄμφω· ᾗ ἄρα καὶ καθὸ πρῶτον, * τὸ μὲν φθαρτὸν, τὸ δ' ἄφθαρτον ἔχει ἀντίθεσιν. ὥστε ἀνάγκη γένει ἕτερα εἶναι. φανερὸν τοίνυν ὅτι οὐκ ἐνδέχεται εἶναι εἴδη τοιαῦτα οἷα λέγουσί τινες. ἔσαι γὰρ * ἄνθρωπος, ὁ μὲν φθαρτὸς ὁ δ' ἄφθαρτος. καίτοι C τῷ εἴδει ταὐτὰ λέγεται εἶναι τὰ εἴδη τοῖς τισὶ, καὶ οὐχ ὁμώνυμα· τὰ δὲ γένει ἕτερα, πλεῖον διέστηκεν ἢ τὰ εἴδει.

γρ. τὸ μὲν φθαρτὸν, τὸ δ' ἄφθαρτον,

γρ. ὁ ἄνθρ.

# GVILLELMI DVVALLII

## MONITIO AD LECTOREM, DE AVCTORE, ET SERIE NOVA ſequentium librorum.

QVI duo libri proximè ſequuntur, & quos facimus vndecimum & duodecimum, ij ſunt, erudite lector, qui hactenus habiti falſo fuere omnium poſtremi, decimus tertius ſcilicet & decimus quartus, vbi de entibus mathematicis, & ideis, diſſeritur. Hos ſuſpicati ſunt nonnulli vel non eſſe Ariſtotelis, vel ſaltem ad ſuperiores non pertinere, id eſt, fortè ad duodecimum & vndecimum vulgatos: ita vt ſcilicet illis ſuperioribus debeant eſſe poſteriores. Ego verò, vt dicam ingenuè, duos hoſce libros Ariſtotelis eſſe prorſus exiſtimo. Quod ſatis probat ratio doctrinæ, ſtylus, methodus, & inſtitutum Ariſtotelis, qui cap. 1. lib. 8. pollicitus fuerat dicturum ſe de entibus mathematicis & ideis. Hoc enim his libris præſtat. Contendo præterea ex loco iam citato pertinere ad ſuperiores libros, id eſt, ad operis Metaphyſici, provt ab Ariſtotele ſuſceptum eſt, perfectionem, integritatem & complementum, non tamen debere eos poſtremos recenſeri, vel, poſt vulgatum duodecimum numerari, vt hactenus perperam factum fuit. Sic enim manifeſtè violatur ordo doctrinæ, & antiqua Ariſtotelis methodus, qui poſt quæſtionis definitionem, propriamque de re propoſita ſententiam, nunquam diſputare iterum ſolet. Diſputat autem his duobus libris; cùm rem totam definierit duodecimo vulgato: & in hoc explicat diſſoluitque nonnulla, quæ illis vt alibi diſſoluenda propoſuerat. Quod legenti perſpicuum erit. Itaque ſic quatuor ſequentes libros cenſeo eſſe diſponendos, vt qui hactenus fuit decimus tertius, fiat vndecimus, & qui fuit decimus quartus, fiat duodecimus: hos enim duos iungit rerum earumdem continuata tractatio: qui verò fuït vndecimus, fiat viceuerſâ decimus-tertius; qui denique fuit duodecimus, fiat decimus-quartus & poſtremus. Sic enim præclariſſimè cohærebit Ariſtotelis methodus, & peripatetica Theologia perfectiùs abſoluetur. Atque vt huius innouati vel potiùs reſtituti ordinis rationes & cauſas melius aſſequaris & intelligas, lege ſi placet, Synopſin noſtram in hos libros,

A

# ARISTOTELIS STAGIRITÆ METAPHYSICORVM

Liber XI. qui hactenus habitus falsò fuit decimus-tertius.

## CAPVT I.

*Scopum huius ſcientiæ eſſe, an præter ſubſtantias ſenſibiles ſit vna quædam immobilis & æterna: veterum alios, dixiſſe numeros & lineas eſſe ſubſtantias, alios ideas poſuiſſe.*

B

DE ſenſibilium itaque ſubſtantia, quænam ſit, dictum eſt: in traditione quidem naturalium, de materia, poſteriùs verò de actu. Cùm autem hæc conſideratio ſit, vtrùm præter ſenſibiles ſubſtantias aliqua ſit immobilis, & æterna necne, & ſi ſit, quænam ſit: quæ ab aliis dicuntur, primò ſpeculandum eſt, vt tum ſi quid

C

non rectè dicant, non ſimus eiſdem conſcii, tum ſi quod nobis & illis commune dogma ſit, hoc ſeparatim non contra nos grauiter feramus. Sufficiens enim erit, ſi quis quædam meliùs dicat, quædam non deteriùs. Duæ autem de his opiniones ſunt. Quidam etenim ipſa mathematica ſubſtantias eſſe aiunt, vt numeros, lineas, & quæ his eiuſdem generis ſunt, & rurſus, ideas. Cùm autem quidam ideas numeroſque mathematicos duo genera faciant, qui-

D

dam vnam amborum naturam, quidam autem alii mathematicas tantùm ſubſtantias eſſe dicant: primùm quidem de mathematicis conſiderandum eſt, nullam aliam eis addendo naturam, veluti vtrùm ideæ ſint necne, & vtrùm principia, ſubſtantiæque entium, an non: verùm tantùm, vt de mathematicis, vtrùm ſint, an non ſint, & ſi ſint, quonam modo ſint. Deinde poſtea ſeorſum de ipſis ideis ſimpliciter, & aliquantulum legis gratia: diuulgata namque plurima ſunt, etiam in exte-

E

rioribus rationibus. Præterea, ad illam conſiderationem oportet maiorem ſermonis partem attendere, cùm de his conſiderationibus, vtrùm ſubſtantiæ principiaque entium, numeri, ac ideæ ſint: poſt enim ideas, hæc tertia conſideratio reſtat.

# ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ΤΩΝ μετὰ τὰ φυσικά, τὸ κ'.

## ΚΕΦΑΛ. α'.

Πότερόν ἐστι τὰ μαθηματικὰ ἢ οὔ.

B

ΠΕΡΙ μὲν οὖν τῆς τῶν αἰσθητῶν οὐσίας, εἴρηται τί ἐστιν, ἐν μὲν τῇ μεθόδῳ τῇ τῶν φυσικῶν περὶ τῆς ὕλης, ὕστερον δὲ περὶ τῆς κατ' ἐνέργειαν. ἐπεὶ δ' ἡ σκέψις αὕτη ἐστί, πότερόν ἐστί τις παρὰ τὰς αἰσθητὰς οὐσίας ἀκίνητος καὶ ἀΐδιος, ἢ οὐκ ἔστι· καὶ εἰ ἔστι, τίς ἐστι, πρῶτον τὰ παρὰ τῶν ἄλλων

C

λεγόμενα θεωρητέον, ὅπως εἴτε τι μὴ καλῶς λέγουσι, μὴ τοῖς αὐτοῖς ἔνοχοι ὦμεν· καὶ εἴ τι δόγμα κοινὸν ἡμῖν κἀκείνοις, τοῦτ' ἰδίᾳ μὴ καθ' ἡμῶν δυσχεραίνωμεν. ἀγαπητὸν γάρ, εἴ τις τὰ μὲν κάλλιον λέγει, τὰ δὲ οὐ χεῖρον. δύο δ' εἰσὶ δόξαι περὶ τούτων. τά τε γὰρ μαθηματικά φασιν οὐσίας εἶναί τινες, οἷον ἀριθμοὺς καὶ γραμμὰς καὶ τὰ συγγενῆ τούτοις, καὶ πάλιν τὰς ἰδέας. ἐπεὶ δὲ οἱ μὲν δύο γένη ταῦτα ποιοῦσι, τάς

D

τε ἰδέας, καὶ τοὺς μαθηματικοὺς ἀριθμούς, οἱ δὲ μίαν φύσιν ἀμφοτέρων, ἕτεροι δέ τινες τὰς μαθηματικὰς μόνον οὐσίας εἶναί φασι· σκεπτέον, πρῶτον μὲν περὶ τῶν μαθηματικῶν, μηδεμίαν προστιθέντας φύσιν ἄλλην αὐτοῖς· οἷον, πότερον ἰδέαι τυγχάνουσιν οὖσαι, ἢ οὔ· καὶ πότερον ἀρχαὶ καὶ οὐσίαι τῶν ὄντων, ἢ οὔ· ἀλλ' ὡς περὶ μαθηματικῶν μόνον, εἴτ' εἰσίν, εἴτε μὴ εἰσί· καὶ εἰ εἰσί, πῶς εἰσιν. ἔπειτα μετὰ ταῦτα

E

χωρὶς περὶ τῶν ἰδεῶν αὐτῶν ἁπλῶς, καὶ ὅσον νόμου χάριν. τεθρύλληται γὰρ τὰ πολλὰ καὶ ὑπὸ τῶν ἐξωτερικῶν λόγων. ἔτι δὲ πρὸς ἐκείνην δεῖ τὴν σκέψιν ἀπαντᾶν τὸν πλείω λόγον, ὅταν ἐπισκοπῶμεν, εἰ αἱ οὐσίαι καὶ αἱ ἀρχαὶ τῶν ὄντων ἀριθμοὶ καὶ ἰδέαι εἰσί. μετὰ γὰρ τὰς ἰδέας αὕτη λείπεται τρίτη σκέψις.

A

## ΚΕΦΑΛ. β'.

### Ὅτι τὰ μαθηματικὰ οὐκ ἔστι κεχωρισμένα τῶν αἰσθητῶν.

Ἀνάγκη δ᾽, εἴπερ ἐστὶ τὰ μαθηματικά, ἢ ἐν τοῖς αἰσθητοῖς εἶναι αὐτά, καθάπερ λέγουσί τινες, ἢ κεχωρισμένα τῶν αἰσθητῶν. λέγουσι δὲ καὶ οὕτω τινές· ἢ εἰ μηδετέρως, ἢ οὐκ εἰσίν, ἢ ἄλλον τρόπον εἰσίν. ὥσθ᾽ ἡ ἀμφισβήτησις ἡμῖν ἔσται, οὐ περὶ τοῦ εἶναι, ἀλλὰ περὶ τοῦ τρόπου. ὅτι μὲν τοίνυν ἔν γε τοῖς αἰσθητοῖς ἀδύνατον εἶναι, καὶ ἅμα πλασματίας ὁ λόγος, εἴρηται μὲν καὶ ἐν τοῖς διαπορήμασιν, ὅτι ἅμα δύο στερεὰ εἶναι ἀδύνατον. ἔτι δὲ καὶ ὅτι τοῦ αὐτοῦ λόγου, καὶ τὰς ἄλλας δυνάμεις καὶ φύσεις ἐν τοῖς αἰσθητοῖς εἶναι, καὶ μηδεμίαν κεχωρισμένην. ταῦτα μὲν οὖν εἴρηται πρότερον. ἀλλὰ πρὸς τούτοις φανερόν, ὅτι ἀδύνατον διαιρεθῆναι ὁτιοῦν σῶμα. κατ᾽ ἐπίπεδον γὰρ διαιρεθήσεται· καὶ τοῦτο κατὰ γραμμήν· καὶ αὕτη κατὰ στιγμήν. ὥστε εἰ τὴν στιγμὴν διελεῖν ἀδύνατον, καὶ τὴν γραμμήν· εἰ δὲ ταύτην, καὶ τἆλλα. τί οὖν διαφέρει, ἢ ταύτας εἶναι τοιαύτας φύσεις, ἢ μή, εἶναι δὲ ἐν αὐταῖς τοιαύτας φύσεις; τὸ αὐτὸ γὰρ συμβήσεται. διαιρουμένων γὰρ τῶν αἰσθητῶν, διαιρεθήσονται· ἢ οὐδὲ αἱ αἰσθηταί. ἀλλὰ μὴν οὐδὲ κεχωρισμένας γ᾽ εἶναι φύσεις τοιαύτας δυνατόν. εἰ γὰρ ἔσται στερεὰ παρὰ τὰ αἰσθητὰ κεχωρισμένα τούτων ἕτερα, καὶ πρότερα τῶν αἰσθητῶν, δῆλον ὅτι καὶ παρὰ τὰ ἐπίπεδα ἕτερα ἀναγκαῖον εἶναι ἐπίπεδα κεχωρισμένα, καὶ στιγμὰς καὶ γραμμάς· τοῦ γὰρ αὐτοῦ λόγου. εἰ δὲ ταῦτα, πάλιν παρὰ τοῦ στερεοῦ μαθηματικοῦ ἐπίπεδα καὶ γραμμὰς καὶ στιγμάς, ἕτερα κεχωρισμένα. πρότερα γὰρ τῶν συγκειμένων ἐστὶ τὰ ἀσύνθετα. καὶ εἴπερ τῶν αἰσθητῶν πρότερα σώματα μὴ αἰσθητά, τῷ αὐτῷ λόγῳ καὶ τῶν ἐπιπέδων τῶν ἐν τοῖς ἀκινήτοις στερεοῖς * τὰ αὐτὰ κατὰ τὰ αὐτά. ὥστε ἕτερα ταῦτα ἐπίπεδα καὶ γραμμαὶ τῶν ἅμα ἐν τοῖς στερεοῖς τοῖς κεχωρισμένοις. τὰ μὲν γὰρ ἅμα τοῖς μαθηματικοῖς στερεοῖς, τὰ δὲ πρότερα τῶν μαθηματικῶν στερεῶν. πάλιν τοίνυν τούτων τῶν ἐπιπέδων ἔσονται γραμμαί· ὧν πρότερον δεήσει ἑτέρας γραμμὰς καὶ στιγμὰς εἶναι, διὰ τὸν αὐτὸν λόγον. καὶ τούτων ἐν ταῖς προτέραις γραμμαῖς, ἑτέρας προτέρας στιγμάς.

γρ. τὰ αὐτὰ καθ᾽ αὑτά.

## CAPVT III.

### *Entia mathematica non eſſe à ſenſibilibus ſeparata, neque in iis eſſe vt quid ab iis diuerſum.*

B Neceſſe autem, ſi mathematica ſunt; aut in ſenſibilibus ea eſſe, quemadmodum aliqui dicunt, aut à ſenſibilibus ſeparata: & hoc etiam modo quidam aiunt: aut ſi neutro modo, aut non ſunt, aut alio modo ſunt. Quare dubitatio nobis non de ipſo eſſe erit, verùm de modo. Et quidem quòd in ſenſibilibus ea eſſe impoſſibile eſt, quodque ſimul fictitia ratio eſt, dictum ſanè in dubitationibus eſt, quòd ſimul duo ſolida eſſe impoſſibile eſt. Item quòd eiuſdem rationis eſt, cæteras quoque potentias & naturas in ſenſibilibus eſſe, ac nullam ſeparatam: hæc itaque C priùs dicta ſunt. Verùm ad hæc etiam conſtat, quòd impoſſibile eſſet quodcumque corpus diuidi. Diuideretur enim ſecundùm ſuperficiem, & hæc ſecundùm lineam, & iſta ſecundùm punctum. Quare ſi punctum impoſſibile eſt diuidere, etiam lineam: quòd ſi hanc, cætera quoque. Quid igitur differt aut has eſſe tales naturas, aut non eſſe quidem, ſed eſſe in eis tales naturas? Idem namque accidet: diuiſis enim ſenſibilibus, diuidentur: aut D nec ipſæ ſenſibiles. At nec ſeparatas eſſe tales naturas poſſibile eſt. Nam ſi erunt præter ſenſibilia ſolida ſeparata ab his diuerſa, prioraque ſenſibilibus, patet quòd etiam præter ſuperficies, alias neceſſe eſt eſſe ſuperficies ſeparatas, puncta quoque, & lineas: quandoquidem eadem ratio eſt. Quòd ſi hæc rurſus præter mathematici ſolidi ſuperficies, lineas, & puncta, alia ſeparata: ſiquidem incompoſita, priora compoſitis ſunt. Et ſi ſenſibilibus priora ſunt corpora non E ſenſibilia, eadem ratione ſuperficiebus etiam, quæ in ſolidis immobilibus ſunt, priores ſunt eæ quæ per ſe ipſas exiſtunt. Quare aliæ ſunt hæ tum ſuperficies, tum lineæ, ab iis quæ ſimul cum ſeparatis ſolidis ſunt: hæ namque ſimul cum mathematicis ſolidis, illæ verò eis priores ſunt. Rurſus illarum ſuperficierum lineæ erunt, quibus priores alias oportebit eadem ratione lineas punctaque eſſe: & eorum quæ in prioribus lineis, alia puncta priora, quibus non erunt ampliùs alia priora.

At abſurda ſanè coaceruatio fit. Acci-
dit namque ſolida quidem, vnica præ-
ter ſenſibilia eſſe : ſuperficies verò tri-
plices, præter ſenſibiles. illæ ſcilicet præ-
ter ſenſibiles, quæ in mathematicis ſunt
ſolidis, quæque præter eas quæ in his
ſunt : lineæ autem quadruplices, puncta
autem quincupla. Quare circa qualia ho-
rum, mathematicæ ſcientiæ erunt? non
etenim circa ſuperficies, lineas, & pun-
cta, quæ in immobili ſolido ſunt : quan-
doquidem ſemper ſcientia circa priora
eſt. Eadem ratio de numeris quoque:
præter enim quælibet puncta, aliæ vni-
tates erunt, ac præter quælibet entia ſen-
ſibilia : deinde præter intelligibilia : qua-
re numerorum mathematicorum infinita
genera erunt. Item, quonam modo quæ
in dubitationibus enumerauimus, ſoluere
poſſunt? Etenim ea, circa quæ Aſtrolo-
gia eſt, ſimili modo præter ſenſibilia
ſunt, ac circa quæ Geometria. Eſſe ve-
rò cælum, & partes eius, quonam modo
poſſibile eſt, aut aliud quodcumque mo-
tum habens? Similiter autem perſpectiuæ
& harmonicæ obiecta. Erit namque vox
& viſus præter ſenſibilia & particularia.
Quare patet quòd alii ſenſus etiam alia-
que ſenſibilia ſunt. Cur enim magis illa,
quàm iſta? Quòd ſi hæc ſunt, animalia
quoque erunt, ſi quidem & ſenſus. Item
quædam à mathematicis vniuerſaliter præ-
ter has ſubſtantias ſcribuntur : erit igitur
hæc quoque alia quædam ſubſtantia ſepa-
rata, ac media inter ideas [ ac media]
quæ nec numerus, nec puncta, nec magni-
tudo, nec tempus ſit. Quòd ſi hoc impoſſi-
bile eſt, conſtat quoque illa impoſſibile eſſe
à ſenſibilibus ſeparata. Et omnino contra-
rium, tum vero, tum ei quod exiſtimari
ſolitum eſt, accidit. Si quis ita eſſe ma-
thematica ponat, vt quaſdam naturas ſepa-
ratas, neceſſe profectò eſt, propterea qui-
dem, quòd ita ſe habeant, priores ſen-
ſibilibus magnitudinibus eſſe, ſecundùm
autem veritatem poſteriores. Siquidem
imperfecta magnitudo, generatione prior,
ſubſtantia poſterior ſit, vt inanimatum ani-
mato. Item, quo, & quando magnitudines
mathematicæ vnum erunt, quæ quidem in-
terdum animæ aut parti animæ, aut alicui,
quæ particeps eſt rationis, inſunt : quòd ſi
non, multa erunt, ac diſſoluentur. Illis verò,
cùm diuiſibiles, quantæque ſint, quidnam
cauſæ eſt, vt vnum ſint, coniunctæque ma-
neant? Item ipſæ etiam generationes hoc
manifeſtant: quandoquidem quod primum
eſt, ad longitudinem, deinde ad latitudi-
nē, & tandem ad profunditatem fit, ac finē
nactum eſt. Si itaque ſubſtantia prius, quod
generatione poſterius eſt, corpus profectò
tum ſuperficie tum longitudine prius erit.

A ὧν οὐκ ἔτι πρότερα ἕτερα. ἄτοπος τε δὴ
γὰρ ἡ σώρευσις. συμβαίνει γὰρ στερεὰ μὲν μο-
ναχὰ παρὰ τὰ αἰσθητά, ἐπίπεδα δὲ τριττὰ
παρὰ τὰ αἰσθητά, τά τε παρὰ τὰ αἰσθητά, καὶ τὰ
ἐν τοῖς μαθηματικοῖς στερεοῖς, καὶ παρὰ τὰ ἐν τού-
τοις. γραμμαὶ δὲ τετραξαί, στιγμαὶ δὲ πενταξαί.
ὥστε περὶ ποῖα αἱ ἐπιστῆμαι ἔσονται αἱ μαθη-
B ματικαὶ τούτων; οὐ γὰρ δὴ περὶ τὰ ἐν τῷ στερεῷ
τῷ ἀκινήτῳ ἐπίπεδα καὶ γραμμὰς καὶ στιγμάς.
ἀεὶ γὰρ περὶ τὰ πρότερα ἡ ἐπιστήμη. ὁ
δ' αὐτὸς λόγος καὶ περὶ τῶν ἀριθμῶν. καὶ
παρ' ἑκάστας γὰρ στιγμάς, ἕτεραι ἔσονται
μονάδες, καὶ παρ' ἕκαστα τὰ ὄντα αἰσθητά·
εἶτα τὰ νοητά. ὥστε ἔσται γένη ἄπειρα τῶν
μαθηματικῶν ἀριθμῶν. ἔτι ἅπερ ἐν τοῖς
ἀπορήμασιν ἐπήλθομεν, πῶς ἐνδέχεται
λύειν; περὶ ἃ γὰρ ἡ ἀστρολογία ἐστίν, ὁμοίως
ἔσται περὶ τὰ αἰσθητά, καὶ περὶ ἃ ἡ γεωμε-
C τρία. εἶναι δ' οὐρανὸν καὶ τὰ μόρια αὐτοῦ, πῶς
δυνατόν, ἢ ἄλλο ὁτιοῦν ἔχον κίνησιν; ὁμοίως δὲ
καὶ τὰ ὀπτικά, καὶ τὰ ἁρμονικά. ἔσται γὰρ φωνή
τε καὶ ὄψις * τὰ αἰσθητά, καὶ τὰ καθ' ἕκαστα. Vulgò, παρὰ τὰ αἰ.
ὥστε δῆλον ὅτι καὶ αἱ ἄλλαι αἰσθήσεις, καὶ τὰ
ἄλλα αἰσθητά. τί γὰρ μᾶλλον τάδε ἢ τά-
δε; εἰ δὲ ταῦτα, καὶ ζῷα ἔσονται, εἴπερ καὶ αἰ-
σθήσεις. ἔτι γράφεται ἔνια καθόλου ὑπὸ τῶν
μαθηματικῶν παρὰ ταύτας τὰς οὐσίας. ἔσται
οὖν καὶ αὕτη τις ἄλλη οὐσία μεταξὺ κεχω-
ρισμένη τῶν τ' ἰδεῶν καὶ τῶν μεταξύ, ἥτις οὔ-
τε ἀριθμός ἐστιν, οὔτε στιγμαί, οὔτε μέγεθος,
D οὔτε χρόνος. εἰ δὲ τοῦτο ἀδύνατον, δῆλον
ὅτι κἀκεῖνα ἀδύνατον εἶναι κεχωρισμένα τῶν
αἰσθητῶν. ὅλως δὲ τοὐναντίον συμβαίνει καὶ
τοῦ εἰωθότος ὑπολαμβάνεσθαι, εἴ τις θή-
σει οὕτως εἶναι τὰ μαθηματικά, ὡς κεχωρισ-
μένας τινὰς φύσεις. ἀνάγκη γάρ, διὰ τὸ μὲν
οὕτως εἶναι αὐτάς, προτέρας εἶναι τῶν αἰσθη-
τῶν μεγεθῶν, κατὰ τὸ ἀληθὲς δὲ ὑστέρας. τὸ
γὰρ ἀτελὲς μέγεθος, γενέσει μὲν πρότερον
ἐστι, τῇ οὐσίᾳ δ' ὕστερον, οἷον ἄψυχον ἐμψύ-
χου. ἔτι τίνι, καὶ πότε ἔσται ἓν τὰ μαθημα-
τικὰ μεγέθη; * τὰ μὲν γὰρ ἐνταῦθα, ψυχῇ ἢ μέ- Beſſ. aliter iſta legit.
ρει ψυχῆς, ἢ ἄλλῳ τινὶ εὐλόγῳ. εἰ δὲ μή,
πολλὰ διαλύεται. ἐκείνοις δὲ διαιρετοῖς
καὶ ποσοῖς οὖσι, τί αἴτιον τοῦ εἶναι ἓν καὶ συμ-
μένειν; ἔτι αἱ γενέσεις δηλοῦσι· πρῶτον μὲν
γὰρ ἐπὶ μῆκος γίγνεται, εἶτα ἐπὶ πλά-
τος, τελευταῖον δὲ εἰς βάθος, καὶ τέλος ἔσχεν.
εἰ οὖν τὸ τῇ γενέσει ὕστερον, τῇ οὐσίᾳ πρότερον, τὸ
σῶμα πρότερον ἂν εἴη ἐπιπέδου, καὶ μήκους·

A καὶ ταύτῃ καὶ τέλειον, καὶ ὅλον μᾶλλον, ὅτι ἔμψυχον γίγνεται. γραμμὴ δὲ ἔμψυχος ἢ ἐπίπεδον, πῶς ἂν εἴη; ὑπὲρ γὰρ τὰς αἰσθήσεις τὰς ἡμετέρας ἂν εἴη τὸ ἀξίωμα. ἔτι τὸ μὲν σῶμα οὐσία τις. ἤδη γὰρ ἔχει πως τὸ τέλειον. αἱ δὲ γραμμαὶ, πῶς οὐσίαι; οὔτε γὰρ ὡς εἶδος καὶ μορφή τις, οἷον εἰ ἄρα ἡ ψυχὴ τοιοῦτον· οὔτε ὡς ἡ ὕλη, οἷον τὸ σῶμα. οὐθὲν γὰρ ἐκ γραμμῶν, οὐδὲ ἐπιπέδων, οὐδὲ στιγμῶν φαίνεται συνίστασθαι δυνάμενον. B εἰ δ' ἦν οὐσία τις ὑλικὴ, τοῦτ' ἂν ἐφαίνετο δυνάμενα πάσχειν. τῷ μὲν οὖν λόγῳ ἔστω πρότερα· ἀλλ' οὐ πάντα ὅσα τῷ λόγῳ πρότερα, καὶ τῇ οὐσίᾳ πρότερα. τῇ μὲν γὰρ οὐσίᾳ πρότερα, ὅσα χωριζόμενα τῷ εἶναι ὑπερβάλλει· τῷ λόγῳ δὲ, ὅσων οἱ λόγοι ἐκ τῶν λόγων. ταῦτα δὲ οὐχ ἅμα ὑπάρχει. εἰ γὰρ μή ἐστι τὰ πάθη παρὰ τὰς οὐσίας, οἷον κινούμενόν τι ἢ λευκὸν, τοῦ λευκοῦ ἀνθρώπου τὸ λευκὸν πρότερον κατὰ τὸν λόγον, C ἀλλ' οὐ κατὰ τὴν οὐσίαν. οὐ γὰρ ἐνδέχεται εἶναι κεχωρισμένον, ἀλλ' ἀεὶ ἅμα τῷ συνόλῳ ἐστί. σύνολον δὲ λέγω, τὸν ἄνθρωπον τὸν λευκόν. ὥστε φανερὸν, ὅτι οὔτε τὸ ἐξ ἀφαιρέσεως πρότερον, οὔτε τὸ ἐκ προσθέσεως ὕστερον. ἐκ προσθέσεως γὰρ τῷ λευκῷ ὁ λευκὸς ἄνθρωπος λέγεται. ὅτι μὲν οὖν οὔτε οὐσίαι μᾶλλον τῶν σωμάτων εἰσὶν, οὔτε πρότερα τῷ εἶναι τῶν αἰσθητῶν, ἀλλὰ τῷ λόγῳ μόνον, οὔτε κεχωρισμένα πού εἶναι δυνατὸν, εἴρηται ἱκανῶς. D

## ΚΕΦΑΛ. γ΄.

### Πῶς ὄντα ἐστὶ τὰ μαθηματικά.

Ἐπεὶ δ' οὐδ' ἐν τοῖς αἰσθητοῖς ἐνδέχεται αὐτὰ εἶναι, φανερὸν ὅτι ἢ ὅλως οὐκ ἔστιν, ἢ τρόπον τινὰ ἔστι, καὶ διὰ τοῦτο οὐχ ἁπλῶς ἐστι. πολλαχῶς γὰρ τὸ εἶναι λέγομεν. ὥσπερ γὰρ τὰ καθόλου ἐν τοῖς μαθήμασιν, οὐ περὶ κεχωρισμένων ἐστὶ, * παρὰ τὰ μεγέθη E καὶ τοὺς ἀριθμοὺς, ἀλλὰ περὶ τούτων μὲν, οὐχ ᾗ δὲ τοιαῦτα, οἷα ἔχειν μέγεθος, ἢ εἶναι διαιρετὰ, δῆλον ὅτι ἐνδέχεται καὶ περὶ τῶν αἰσθητῶν μεγεθῶν εἶναι καὶ λόγους καὶ ἀποδείξεις, μὴ ᾗ δὲ αἰσθητὰ, ἀλλ' ᾗ τοιαδί. ὥσπερ γὰρ καὶ ᾗ κινούμενα μόνον πολλοὶ λόγοι εἰσὶ, χωρὶς τοῦ τί ἕκαστόν ἐστι τῶν τοιούτων, καὶ τῶν συμβεβηκότων αὐτοῖς· καὶ οὐκ ἀνάγκη διὰ ταῦτα, ἢ κεχωρισμένον τι εἶναι κινούμενον τῶν αἰσθητῶν,

*Vulgò, περὶ τ.*

& hac ratione perfectum magis, atque totum, quia ſit animatum. Linea verò, ſiue ſuperficies, quonam modo animata erit? Supra namq; noſtros ſenſus hæc certè poſtulatio erit. Item, corpus quidem ſubſtantia quædam ſit, quippe quod iam perfectionem quodam modo habeat: lineę verò quonam modo ſubſtantiæ erunt? Nec enim vt ſpecies, & forma quædam, veluti ſi anima ſit, quod tale eſt: nec vt materia, veluti corpus. Nihil enim ex lineis, neque ex ſuperficiebus, neque punctis videtur conſiſtere poſſe. Atqui ſi qua materialis ſubſtantia eſſet, hoc pati poſſe profectò videretur. Ratione itaque prior ſit. Non tamen omnia quæcumque ratione priora, ſubſtantia quoque priora ſunt. Subſtantia namque priora, quæcumque ſeparata, excedunt eſſentia. Ratione verò iis quorum rationes ex rationibus: hęc autem non ſunt ſimul. Si enim paſſiones non ſint præter ſubſtantias, veluti quoddam motum, vel album, homine albo ſecundùm rationem albedo prior eſt, non ſecundùm ſubſtantiam. Non enim poteſt ſeparata eſſe, verùm ſemper vnà cum toto eſt: dico autem totum, hominem album. Quare manifeſtum eſt, neque prius eſſe, quod ex ablatione eſt, neq; poſterius, quod ex appoſitione eſt: ex appoſitione namque, ipſa albedine albus homo dicitur. Quòd igitur nec ſubſtantiæ ſint magis, quàm corpora, nec eſſentia ſenſibilibus priora ſint, verùm ſola ratione, nec vſquam eſſe ſeparata poſſibile eſſe, ſatis dictum eſt.

## CAPVT III.

### *Qua ratione ſint mathematica in ſenſibilibus: & illa ſine his conſiderentur? Eſſe bonum & pulchrum in mathematicis.*

Cvm verò nec in ſenſibilibus ea eſſe contingat, manifeſtum eſt, quòd aut omnino non ſunt, aut modo quodam ſunt, & ob hoc non ſimpliciter ſunt. Multipliciter namque ipſum eſſe dicimus. quemadmodum enim vniuerſalia in mathematicis non ſunt de ſeparatis, circa magnitudines, numeroſque, verùm de his, quamquam non quatenus talia, vt magnitudinem habeant, aut diuiſibilia ſint; patet quòd etiam de magnitudinibus ſenſibilibus rationes & demonſtrationes ſunt, verùm non prout ſenſibiles, ſed prout tales ſunt. Quemadmodum enim prout mota ſolùm, multę rationes ſunt, abſque eo, quòd quid ſit vnumquodque eorum, ac eis accidentium, conſideretur, & non eſt neceſſe propterea idem aliquid motũ à ſenſibilibus ſeparatum eſſe,

vel in eis aliquam naturam ſegregatam eſſe: ita de motis etiam erunt rationes, atque ſcientiæ, non tamen quatenus mota, verùm quatenus corpora tantùm: & rurſus provt ſuperficies tantùm, & provt longitudines tantùm, & quatenus diuiſibilia & quatenus indiuiſibilia ſitum habentia, & provt indiuiſibilia tantùm. Quare cùm ſimpliciter verum ſit dicere, non ſolùm ſeparabilia, ſed & non ſeparabilia eſſe, veluti mota, & mathematica: quia (etiam qualia dicunt) verum eſt ſimpliciter dicere, & talia eſſe: & quemadmodum cæteras ſcientias ſimpliciter verum eſt dicere huius eſſe, non eius quod ei accidat: veluti albi, (ſi ſalubre album ſit,) verùm provt ſalubre eſt, ac illius, cuius vnaquæque eſt, ſi ſalubris ſalubre, ſi verò hominis provt homo eſt: ita & geometriam: non ſi accidit ſenſibilia eſſe quorum eſt, non eſt autem eorum, provt ſenſibilia ſunt, non erunt ſenſibilium mathematicæ ſcientiæ: non profectò propter hæc aliorum ſeparatorum erunt. Multa verò per ſe rebus accidunt, provt vnumquodque talium eſt: quoniam & quatenus fœmininum animal, & quatenus maſculinum, propriæ ſunt paſſiones, etſi non eſt quicquam fœmininum, neque maſculinum ſeparatorum animalium. Quare etiam provt longitudines ſolùm, & provt ſuperficies, & quanto de prioribus ratione, ac ſimplicioribus, tanto magis id certitudinem habet. Hoc autem ſimplex eſt: quare abſque magnitudine magis, quàm cum magnitudine, & maximè abſque motu. Quod ſi habet motum, primum maximè: ſiquidem hic ſimpliciſſimus eſt, & huius qui regularis eſt. Eadem ratio de harmonica & perſpectiua eſt: neutra namque, provt viſus, vel provt vox, ſpeculatur, verùm provt lineæ, & numeri. Ad hæc, propriæ illorum paſſiones ſunt: mechanica quoque ſimiliter. Quare ſi quis ab accidentibus ſeparet, ac de eis aliquid, quatenus talia ſunt, conſideret, minimè propter hoc mentietur: quemadmodum nec cùm in terra deſcribat, ac eam, quæ pedalis non eſt, pedalem dicat. Non enim in propoſitionibus falſitas ineſt. Optimè verò ita vnumquodque profectò conſiderabitur, ſi quis ſeparans ponat, quod non eſt ſeparatum: quod arithmeticus geometraque facit. Vnum enim & indiuiſum eſt homo, provt homo. Ille verò poſuit vnum indiuiſum, deinde ſpeculatus eſt, ſi quid homini, provt indiuiſus eſt, accidit. At geometria nec provt homo, nec provt indiuiſus, verùm provt ſolida, quæ certè (etiam tametſi nullibi erat indiuiſus) inerant ei; patet quòd etiam abſque his contingit ei poſſe ineſſe.

A τι ἐν τούτοις τινὰ φύσιν εἶναι ἀφωρισμένην· οὕτω τοίνυν καὶ ἐπὶ τῶν κινουμένων ἔσονται λόγοι καὶ ἐπιστῆμαι, οὐχ ᾗ κινούμενα δέ, ἀλλ' ᾗ σώματα μόνον· καὶ πάλιν ᾗ ἐπίπεδα μόνον, καὶ ᾗ μήκη μόνον, καὶ ᾗ διαιρετὰ καὶ ᾗ ἀδιαίρετα ἔχοντα* φύσιν, καὶ ᾗ ἀδιαίρετα μόνον. ὥστε ἐπεὶ ἁπλῶς λέγειν ἀληθὲς, μὴ μόνον τὰ χωριστὰ εἶναι, ἀλλὰ καὶ τὰ μὴ χωριστά, οἷον κινούμενα, εἶναι,* καὶ τὰ μαθηματικά, ὅτι B ἐστὶν ἁπλῶς ἀληθὲς εἰπεῖν, καὶ τοιαῦτά γε οἷα λέγουσι, καὶ ὥσπερ καὶ τὰς ἄλλας ἐπιστήμας ἁπλῶς ἀληθὲς εἰπεῖν, τούτου εἶναι, οὐχὶ τοῦ συμβεβηκότος· οἷον, ὅτι λευκοῦ, εἰ τὸ ὑγιεινὸν τὸ λευκόν, ᾗ δ' ἐστὶν ὑγιεινόν· ἀλλ' ἐκείνου οὗ ἐστιν ἑκάστη, εἰ ὑγιεινὸν ὑγιεινοῦ, *εἰ δ' ᾗ ἄνθρωπος, ἀνθρώπου· οὕτω καὶ τὴν γεωμετρίαν, οὐκ εἰ συμβέβηκεν αἰσθητὰ εἶναι ὧν ἐστι, μὴ ἔστι δὲ ᾗ αἰσθητά, οὐ τῶν αἰσθητῶν ἔσονται αἱ μαθηματικαὶ ἐπιστῆμαι. οὐ μέντοι οὐδὲ περὶ ταῦτα, ἄλλων κεχωρισμένων. πολλὰ C δὲ συμβέβηκε καθ' αὑτὰ τοῖς πράγμασιν, ᾗ ἕκαστον ὑπάρχει τῶν τοιούτων· ἐπεὶ καὶ ᾗ θῆλυ τὸ ζῶον καὶ ᾗ ἄρρεν, ἴδια πάθη ἐστί. καίτοι οὐκ ἔστι τι θῆλυ οὐδ' ἄρρεν* κεχωρισμένων τῶν ζώων. ὥστε καὶ ᾗ μήκη μόνον, καὶ ᾗ ἐπίπεδα. καὶ ὅσῳ δὴ ἂν περὶ προτέρων τῷ λόγῳ καὶ ἁπλουστέρων, τοσούτῳ μᾶλλον ἔχει τὸ ἀκριβές. τοῦτο δὲ τὸ ἁπλοῦν ἐστιν· ὥστε ἄνευ τοῦ μεγέθους μᾶλλον, ἢ μετὰ μεγέθους, καὶ μάλιστα ἄνευ κινήσεως. ἐὰν δὲ κίνησιν, μάλιστα D τὴν πρώτην. ἁπλουστάτη γὰρ καὶ ταύτης ἡ ὁμαλή. ὁ δ' αὐτὸς λόγος καὶ περὶ ἁρμονικῆς, καὶ ὀπτικῆς. οὐδ' ἑτέρα γὰρ ᾗ ὄψις, ἢ ᾗ φωνή, θεωρεῖ, ἀλλ' ᾗ γραμμαὶ καὶ ἀριθμοί. οἰκεῖα μέντοι ταῦτα πάθη ἐκείνων. καὶ ἡ μηχανικὴ δὲ ὡσαύτως. ὥστε εἴ τις θέμενος κεχωρισμένα τῶν συμβεβηκότων, σκοπεῖ τι περὶ τούτων ᾗ τοιαῦτα, οὐθὲν διὰ τοῦτο ψεῦδος ψεύσεται, ὥσπερ οὐδ' ὅταν ἐν τῇ γῇ γράφῃ, *καὶ τὴν ποδιαίαν φῇ μὴ ποδιαίαν. οὐ γὰρ ἐν ταῖς προτά- E σεσι τὸ ψεῦδος. ἄριστα δ' ἂν οὕτως θεωρηθείη ἕκαστον, εἴ τις τὸ μὴ κεχωρισμένον θείη χωρίσας, ὥσπερ ὁ ἀριθμητικὸς ποιεῖ, καὶ ὁ γεωμέτρης. ἓν μὲν γὰρ ἀδιαίρετον ὁ ἄνθρωπος, ᾗ ἄνθρωπος. ὁ δ' ἔθετο ἓν ἀδιαίρετον· εἶτ' ἐθεώρησεν, εἴ τι τῷ ἀνθρώπῳ συμβέβηκεν ᾗ ἀδιαίρετον· ὁ δὲ γεωμέτρης, οὔθ' ᾗ ἄνθρωπος, οὔθ' ᾗ ἀδιαίρετος, ἀλλ' ᾗ στερεά. ἃ γὰρ, κἂν εἰ μή που ἦν ἀδιαίρετος, ὑπῆρχεν αὐτῷ, δῆλον ὅτι καὶ ἄνευ τούτων ἐνδέχεται αὐτῷ ὑπάρχειν τὸ δυνατόν.

Interpp. ἕξιν,

Miſce. iſta iſta interpres:

Beſſ. εἰ δ' ἀνθρώπου, ᾗ ἄνθρωπος.

γρ. κεχωρισμένον

Interpp. καὶ τὴν μὴ ποδιαίαν, φῇ π.

A ὥστε διὰ τοῦτο ὀρθῶς λέγουσιν οἱ γεωμέτραι, καὶ περὶ ὄντων διαλέγονται, καὶ ὄντα ἐστί. διττὸν γὰρ τὸ ὄν, τὸ μὲν ἐντελεχείᾳ, τὸ δ' ὑλικῶς. ἐπεὶ δὲ τὸ ἀγαθὸν καὶ τὸ καλὸν ἕτερον, (τὸ μὲν γὰρ ἀεὶ ἐν πράξει, τὸ δὲ καλὸν καὶ ἐν τοῖς ἀκινήτοις,) οἱ φάσκοντες οὐδὲν λέγειν τὰς μαθηματικὰς ἐπιστήμας περὶ καλοῦ ἢ ἀγαθοῦ, ψεύδονται. λέγουσι γὰρ καὶ δεικνύουσι. οὐ γὰρ, εἰ B μὴ ὀνομάζουσι, τὰ δ' ἔργα καὶ τοὺς λόγους δεικνύουσιν, οὐ λέγουσι περὶ αὐτῶν. τοῦ δὲ καλοῦ μέγιστα εἴδη, τάξις καὶ συμμετρία, καὶ τὸ ὡρισμένον· ἃ μάλιστα δεικνύουσιν αἱ μαθηματικαὶ ἐπιστῆμαι. καὶ ἐπεί γε πολλῶν αἴτια φαίνεται ταῦτα, (λέγω δ' οἷον ἡ τάξις καὶ τὸ ὡρισμένον) δῆλον ὅτι λέγοιεν ἂν καὶ τὴν τοιαύτην αἰτίαν, τὴν ὡς τὸ καλὸν, αἴτιον τρόπον τινά. μᾶλλον δὲ γνωρίμως ἐν ἄλλοις περὶ αὐτῶν ἐροῦμεν. περὶ μὲν οὖν τῶν μαθηματικῶν, ὅτι τε ὄντα ἐστί, καὶ πῶς ὄντα, καὶ πῶς πρότερα, καὶ πῶς οὐ πρότερα, C τοσαῦτα εἰρήσθω.

Quare propter hoc non malè geometræ dicunt, & de entibus differunt, & entia ſunt. Duplex enim eſt ens, hoc quidem actu, hoc verò materia. Cùm autem bonum & pulcrum differant, (ſiquidem illud ſemper in operatione, pulchrum verò etiam in immobilibus eſt,) qui dicunt mathematicas ſcientias nihil de bono vel pulchro dicere, falſum dicunt. Dicunt etenim, & maximè oſtendunt. Nam etſi non nominant, cùm tamen opera, & rationes oſtendunt, nonne dicunt de eis? Pulchri namque maximè ſpecies ſunt, ordo, commenſuratio, & definitum, quæ maximè oſtendunt mathematicæ ſcientiæ. Et cùm hæc multorum cauſæ eſſe appareant, (dico autem veluti ordo, & definitum,) patet quòd etiam ſimilem cauſam, quæ vt bonum cauſa eſt, quodam modo dicant. Magis autem apertè in aliis dicemus. De mathematicis igitur, & quòd entia ſunt, & quomodo entia, quoque modo priora, & quomodo non priora, tot dicta ſint.

## ΚΕΦΑΛ. δ'.

*Ὅτι αἱ ἰδέαι οὐκ εἰσί.*

## CAPVT IV.

*Demonſtrat non eſſe ideas.*

ΠΕΡΙ δὲ τῶν ἰδεῶν, πρῶτον αὐτὴν τὴν κατὰ τὴν ἰδέαν δόξαν ἐπισκεπτέον, μηδὲν συνάπτουσαν πρὸς τὴν τῶν ἀριθμῶν φύσιν, ἀλλ' ὡς ὑπέλαβον ἐξ ἀρχῆς οἱ πρῶτοι τὰς ἰδέας φήσαντες εἶναι. συνέβη δ' ἡ περὶ τῶν εἰδῶν δόξα τοῖς εἰποῦσι, διὰ τὸ πει- D σθῆναι περὶ τῆς ἀληθείας τοῖς Ἡρακλειτείοις λόγοις, ὡς πάντων τῶν αἰσθητῶν ἀεὶ ῥεόντων. ὥστ' εἴπερ ἐπιστήμη τινὸς ἔσται καὶ φρόνησις, ἑτέρας δεῖν τινὰς φύσεις εἶναι παρὰ τὰς αἰσθητὰς μενούσας. οὐ γὰρ εἶναι τῶν ῥεόντων ἐπιστήμην. Σωκράτους δὲ περὶ τὰς ἠθικὰς ἀρετὰς πραγματευομένου, καὶ περὶ τούτων ὁρίζεσθαι καθόλου ζητοῦντος πρώτου (τῶν μὲν γὰρ φυσικῶν ἐπὶ μικρὸν Δημόκριτος ἥψατο μόνον, καὶ E ὡρίσατό πως τὸ θερμὸν καὶ τὸ ψυχρόν· οἱ δὲ Πυθαγόρειοι πρότερον περί τινων ὀλίγων, ὧν τοὺς λόγους εἰς τοὺς ἀριθμοὺς ἀνῆπτον, οἷον, τί ἐστι καιρὸς, ἢ τὸ δίκαιον, ἢ γάμος·) ἐκεῖνος εὐλόγως ἐζήτει, τὸ τί ἐστι. συλλογίζεσθαι γὰρ ἐζήτει. * ἀρχὴ δὲ τῶν συλλογισμῶν, τὸ τί ἐστι. διαλεκτικὴ γὰρ ἰσχὺς οὔπω τότ' ἦν, ὥστε δύνασθαι καὶ χωρὶς τοῦ τί ἐστι τἀναντία ἐπισκοπεῖν, καὶ τῶν ἐναντίων εἰ ἡ αὐτὴ ἐπιστήμη. δύο γάρ ἐστιν, ἅ τις ἂν ἀποδοίη Σωκράτει

Sup. l. 7. c. 9.

DE ideis autem, primò ipſam, quæ de idea eſt, opinionem conſiderandum, ad numerorum naturam nihil conſortii habentem, ſed quemadmodum opinati ſunt à principio qui primi ideas eſſe dixere. Accidit verò de ideis opinio illis, qui dixerunt, propterea quod de veritate adhæſerant Heracliti rationibus, tanquam omnia ſenſibilia ſemper fluant. Quare ſi qua cuiuſpiam ſcientia prudentiaque erit, oportet alias quaſdam naturas permanentes eſſe, præter ſenſibiles: non enim fluentium eſſe ſcientiam. Cùm vero Socrates circa morales virtutes vacaret, & de his vniuerſaliter definire primus quæreret; (naturalia enim parumper Democritus tetigerat ſolùm, & aliquatenus calidum & frigidum definierat; Pythagorici etiam priùs de quibuſdam paucis, quorum rationes ad numeros reducebant, veluti quid tempus, aut iuſtum, aut nuptiæ;) ille ſanè rationabiliter quærebat, ipſum quid eſt: ſyllogizare enim quærebat. Syllogiſmorum verò principium eſt ipſum quid eſt. Nondum enim tunc erat vis dialectica, vnde & poſſent abſque eo ipſo quid eſt, contraria conſiderare, verùm contrariorum eadem ſcientia eſſet. Duo namque ſunt, quæ Socrati iure

iure proprio atttribuat quiſpiam, inductiuas orationes, & definitionem vniuerſalis. Hæc enim ambo circa principium ſcientiæ ſunt. At Socrates quidem vniuerſalia non ponebat ſeparata, nec definitiones: quidam verò ſepararunt, ac talia, entium ideas appellarunt. Quare ferè accidebat eis eadem ratione, omnium quæ vniuerſaliter dicuntur, ideas eſſe. At ſimile eſt, ſicuti ſi quis numerare volens, cùm quidem pauciora exiſtant, arbitretur non poſſe: cùm verò plura faciet, numeret. Plures etenim (vt ita dicam) ſpecies ſunt, quàm ſenſibilia particularia: de quibus cùm cauſas quærerent, ex his ad illas proceſſerunt. Nam & ſecundùm vnumquodque eiuſdem nominis ſunt & præter ſubſtantias: cæterorum quoque in multis eſt vnum, & in his, & ſempiternis. Cæterùm quibus modis oſtenditur, quòd ſpecies ſunt, ſecundùm nullum horum apparet. E quibuſdam namque non eſt neceſſe fieri ſyllogiſmum: è quibuſdam verò, etiam quorum non putant, horum ſpecies fiunt. Secundùm namque rationes, quæ ex ſcientiis, ſpecies erunt omnium, quorum ſcientiæ ſunt: ſecundùm verò vnum in multis, etiam negationum: & ſecundùm quod intelligimus aliquid eius quod corruptum eſt, etiam corruptibilium: ſiquidem horum aliqua conceptio eſt. Inſuper quædam rationum, eorum etiam, quæ ad aliquid ſunt, (quippe cùm exactiſſimæ ſint,) ideas faciunt, quorum non dicimus, eſſe per ſe genus: quædam etiam tertium hominem dicunt. Et ſimpliciter hæ de ſpeciebus rationes, illa perimunt, quæ magis, quàm ipſas ideas eſſe volunt, qui ſpecies dicunt. Accidit enim non eſſe priùs dualitatem, ſed numerum, & eo, quod eſt aliquid etiam id, quod per ſe eſt: & cuncta quæcumque cum quidam ſequerentur de ideis opiniones, aduerſa fecere principiis. Item, ſecundùm exiſtimationem, ſecundùm quam dicunt ideas eſſe, non ſolùm ſubſtantiarum, verùm etiam multorum aliorum ſpecies erunt: etenim vnus conceptus, non ſolùm de ſubſtantiis, ſed de non ſubſtantiis etiam eſt. Et ſcientiæ non ſolùm ſubſtantiæ erunt: & alia id genus accidunt infinita. Secundùm verò neceſſitatem & opiniones de eis, ſi ſpecies participabiles ſunt, neceſſe eſt ſubſtantiarum ſolùm eſſe ideas. Non enim ſecundùm accidens participatio earum eſt, ſed eatenus vnaquaque participare eſt, quatenus dicitur non de ſubiecto. Dico autem, vt ſi quid ipſo duplo participat, hoc etiam æterno participat, ſed ſecundùm accidens. Accidit enim duplo æternum eſſe, quare ſpecies ſubſtantia erunt. Hæc autem hic & ibi ſubſtantiã ſignificant.

A δικαίως, τούς τ' ἐπακτικοὺς λόγους καὶ τὸ ὁρίζεσθαι καθόλου. ταῦτα γάρ ἐστιν ἄμφω περὶ ἀρχὴν ἐπιστήμης. ἀλλ' ὁ μὲν Σωκράτης τὰ καθόλου οὐ χωριστὰ ἐποίει, οὐδὲ τοὺς ὁρισμούς· οἱ δ' ἐχώρισαν, καὶ τὰ τοιαῦτα τῶν ὄντων ἰδέας προσηγόρευσαν. ὥστε συνέβαινεν αὐτοῖς σχεδὸν τῷ αὐτῷ λόγῳ, πάντων ἰδέας

B εἶναι τῶν καθόλου λεγομένων, καὶ παραπλήσιον, ὥσπερ ἂν εἴ τις ἀριθμῆσαι βουλόμενος, ἐλαττόνων μὲν ὄντων, οἴοιτο μὴ δυνήσεσθαι· πλείω δὲ ποιήσας, ἀριθμοίη. πλείω γάρ ἐστι τῶν καθ' ἕκαστα αἰσθητῶν, ὡς εἰπεῖν, τὰ εἴδη, περὶ ὧν ζητοῦντες τὰς αἰτίας, ἐκ τούτων ἐκεῖ προῆλθον. καθ' ἕκαστόν τι γὰρ ὁμώνυμόν ἐστι καὶ παρὰ τὰς οὐσίας, τῶν τε ἄλλων ἕν ἐστιν ἐπὶ πολλῶν, καὶ ἐπὶ τοῖσδε, καὶ ἐπὶ τοῖς ἀϊδίοις. ἔτι καθ' οὓς τρόπους δείκνυται ὅτι ἔστιν εἴδη, κατ' οὐθένα φαίνεται τούτων. ἐξ ἐνίων

C μὲν γὰρ οὐκ ἀνάγκη γίνεσθαι συλλογισμόν· ἐξ ἐνίων δὲ καὶ οὐχ ὧν οἴονται, τούτων εἴδη γίνεται. κατά τε γὰρ τοὺς λόγους τοὺς ἐκ τῶν ἐπιστημῶν, ἔσται εἴδη πάντων ὅσων ἐπιστῆμαί εἰσι· καὶ κατὰ τὸ ἓν, ἐπὶ πολλῶν, καὶ τῶν ἀποφάσεων· κατὰ δὲ τὸ νοεῖν τι φθαρέντος, τῶν φθαρτῶν. φάντασμα γάρ τι τούτων ἐστίν. ἔτι δὲ οἱ ἀκριβέστατοι τῶν λόγων, οἱ μὲν τῶν πρός τι ποιοῦσιν ἰδέας, ὧν οὔ φασιν εἶναι καθ' αὑτὸ γένος· οἱ δὲ τὸν τρίτον ἄνθρωπον λέγουσιν. ὅλως τε ἀναιροῦσιν οἱ περὶ τῶν εἰδῶν λόγοι, ἃ μᾶλλον βούλονται εἶναι οἱ λέγοντες εἴδη, τοῦ τὰς ἰδέας εἶναι.

D συμβαίνει γὰρ μὴ εἶναι πρῶτον τὴν δυάδα, ἀλλὰ τὸν ἀριθμόν, καὶ τούτου τὸ πρός τι, καὶ τὸ καθ' αὑτό· καὶ πάνθ' ὅσα τινὲς ἀκολουθήσαντες ταῖς περὶ τῶν εἰδῶν δόξαις, ἠναντιώθησαν ταῖς ἀρχαῖς. ἔτι κατὰ μὲν τὴν ὑπόληψιν καθ' ἥν φασιν εἶναι τὰς ἰδέας, οὐ μόνον τῶν οὐσιῶν ἔσονται εἴδη, ἀλλὰ καὶ ἄλλων πολλῶν. τὸ γὰρ νόημα ἕν, οὐ μόνον περὶ τὰς οὐσίας, ἀλλὰ καὶ κατὰ μὴ οὐσιῶν ἐστι· καὶ αἱ ἐπιστῆμαι οὐ

E μόνον τῆς οὐσίας ἔσονται. συμβαίνει δὲ καὶ ἄλλα μυρία τοιαῦτα. κατὰ δὲ τὸ ἀναγκαῖον καὶ τὰς δόξας τὰς περὶ αὐτῶν, εἰ ἔστι μεθεκτὰ τὰ εἴδη, τῶν οὐσιῶν ἀναγκαῖον ἰδέας εἶναι μόνον. οὐ γὰρ κατὰ συμβεβηκὸς μετέχονται, ἀλλὰ δεῖ ταύτῃ ἑκάστου μετέχειν, ᾗ μὴ καθ' ὑποκειμένου λέγεται. λέγω δ' οἷον, εἴ τι αὐτοῦ διπλασίου μετέχει, τοῦτο καὶ ἀϊδίου μετέχει, ἀλλὰ κατὰ συμβεβηκός. συμβέβηκε γὰρ τῷ διπλασίῳ τὸ ἀΐδιον εἶναι. ὥστε ἔσται οὐσία τὰ εἴδη. *ταῦτα δ' ἐνταῦθα οὐσίαν σημαίνει, κἀκεῖ· γρ. ταὐτὰ

Beſſ. καὶ ἔσται τι.

* Ἢ τί ἐστι τὸ εἶναι φαίη τι παρὰ ταῦτα τὸ ἓν ἐπὶ πολλῶν; καὶ εἰ μὲν ταὐτὸ εἶδος τῶν ἰδεῶν, καὶ τῶν μετεχόντων ἔσται τι κοινόν· τί γὰρ μᾶλλον ἐπὶ τῶν φθαρτῶν δυάδων, καὶ τῶν δυάδων πολλῶν μὲν, ἀϊδίων δὲ, τὸ δυὰς ἓν καὶ ταὐτὸν, ἢ ἐπ' αὐτῆς καὶ τῆς τινός; εἰ δὲ μὴ τὸ αὐτὸ εἶδος, ὁμώνυμα ἂν εἴη, καὶ ὅμοιον ὥσπερ ἂν εἴ τις καλοίη ἄνθρωπον τόν τε Καλλίαν καὶ τὸ ξύλον, μηδεμίαν κοινωνίαν ἐπιβλέψας αὐτῶν. εἰ δὲ τὰ μὲν ἄλλα τοὺς κοινοὺς λόγους ἐφαρμόττειν θήσομεν τοῖς εἴδεσιν, οἷον ἐπ' αὐτὸν τὸν κύκλον σχῆμα ἐπίπεδον, καὶ τὰ λοιπὰ μέρη τοῦ λόγου, τὸ δ' οὗ ἐστι προστεθήσεται, σκοπεῖν δεῖ μὴ κενὸν ᾖ τοῦτο παντελῶς. τίνι τε γὰρ προστεθήσεται; τῷ μέσῳ, ἢ τῷ ἐπιπέδῳ, ἢ πᾶσι; πάντα γὰρ τὰ ἐν τῇ οὐσίᾳ, ἰδέαι, οἷον, τὸ ζῷον, καὶ τὸ δίπουν. ἔτι δῆλον ὅτι ἀνάγκη αὐτὸ εἶναί τι ὥσπερ τὸ ἐπίπεδον φύσιν τινὰ, ἣ πᾶσιν ἐνυπάρξει τοῖς εἴδεσιν, ὡς γένος.

A An aliquid erit dicere eſſe præter hæc, ipſum quid vnum in multis? etſi eadem quidem ſpecies eſt idearum, & participantium, erit aliquid commune. Cur enim magis de corruptibilibus dualitatibus, & pluribus quidem, ſed æternis, dualitas vnum, & idem ſit, quàm de hac, & aliqua? Quòd ſi non eſt eadem ſpecies, æquiuoca erit profectò, & ſimile, ac ſi quis Calliam, & lignum homines appellarit, nullam inſpiciens communicationem eorum. Si autem cætera quidem, communes videlicet ſpeciebus conuenire
